¶ Notandum Boe. appellat fortunam malefidam: quia est deceptiua. Unde Sene. Nemine̅ aduersa fortuna comminuit nisi quem secunda decipit. Et alibi Sene. Fortuna nemini seruat fidem: nulli obesse semel contenta est: quem nimium fouet hunc stultum facit. ¶ No. fortune bona dicuntur leuia: quia transitoria. Non enim perdurat circa hominem s̄m Sene. Illud non est tuum qđ fortuna fecit esse tuum. Donum enim qđ dare potuit: potuit ꝛ auferre. ¶ Notandū ꝙ Boe. appellat fortunam nubilam.i.obscuram siue cecam. depingebatur aute̅ antiquitus fortuna ceca: quia ex improuiso accedit ꝛ recedit: vel quia cecum reddit hominez extollendo eum in prosperis ꝛ deprimendo in aduersis. ¶ Notandum ꝙ Boe. dicit fortunaꝫ olim circa se mutasse fallace̅ vultum: q̄ fortuna olim depingebat̄ duplici facie: anteriori alba posteriori autem parte nigra. p albā designatur psperitas: per nigram aduersitas. mutauit ergo fortuna circa Boetium fallacem vultum psperitatis: postea ondit ei vultū aduersitatis.

Liber primus. Metrum primum.

¶ Quid me felicē totiens iactastis amici. Hic boe. deplāgit statū miserie sue apostrophādo ꝯ amicos suos di. O amici mei q̄d. i. ꝓpter q̄d iactastis. i. iactādo dixistꝫ me totiēs felicē. frustra eñ hoc dixistis: quia felicitas mea non erat stabilis: q̄d pꝫ ex hoc q2 ego cecidi: ꝛ ille q̄ cecidit de ꝓsperitate in aduersitatē nō erat stabili gradu prosperitatis. ¶ Notandū duplex est felicitas politica q̄ ꝯsistit in bonis exterioribus: ꝛ talis non est stabilis sicuti nec bona exteriora. Alia est felicitas speculatiua que ꝯsistit in actu sapiētie: scꝫ in speculatōe substantiaꝝ separataꝝ: et talis felicitas est stabilis ꝛ imutabilis: cum sit bonum optimū pulcerrimū: delectabilissimū. ex primo ethicorum. — Felicitas duplex

Quid me felicem totiens iactastis amici?
Qui cecidit stabili non erat ille gradu.

¶ Jodoci Badij Ascensij in Boetiū de consolatione phīe grāmaticaꝫ explanatio.



Carmina q̄ quondaꝫ ꝛc. In explanatione huius operis eū fere moreꝫ obseruabimus: vt quotiēs carmē occurrerit primū eius structurā atqꝫ legē declaremus. deinde sensū auctoris cū vocabuloꝝ si qua difficilia sunt expositiōe: et postremo loco ordineꝫ verboꝝ autoris breuiter repetamus. Carmen itaqꝫ hoc primū est elegiacū hexametro id est sex pedū et pentametro. i. quinqꝫ pedū carmie ꝯstās. vñ ex vtroqꝫ carmē vndeci pedū ꝯflatū putāt ꝓpterea q̄ pētametro fere sētētia claudit̄ pmo: aut suspēdit̄ ꝛ claudit̄ scdo: nūq̄ aūt sequēti hexametro. Hexametrū aūt ab hexa. i. sex ꝛ metro. i. mēsura quasi sex pedū mēsura dicit̄. Conficit̄ aūt duobus legitime pedib⁹ dactylo et spōdeo: quib⁹ aliq̄ loci sunt ꝓprij aliq̄ cōes. Quit⁹ eñ dactylo sext⁹ spōdeo cōes st: quattuor priores cōes sunt. decet tñ vt fere pma syllaba tertij pedis ū[...]ima dictiōis tam ī hexametro q̄ pētametro. Qui vero pedes admittant̄ statiꝫ dictur⁹ suꝫ. [...]ametrū aūt a pēta i. quinqꝫ: et metro. i. mēsura q̄si quinqꝫ pedū mēsura dicit̄: quiquidē pedes duob⁹ modis distigui possunt: altero qui ad ꝯponēdos versus propior est: vt post duos pmos pedes qui īdr̄ıter dactyli sūt vel spōdei vel alteri⁹: derelinquat̄ syllaba vltima dictōis q̄ possit esse pma tertij pedis. vñ pētamerꝫ dr̄. deide ponāt̄ duo dactyli cū syllaba abūdāte q̄ cū dreli[c]ta post duos pmos pedes faciat spōdeū. Et h̄ mō oēs pñt eē dactyli ī pētametro pter ꝯstātē ex duab⁹ syllab post binos quosqꝫ derelictꝫ q̄ spōde⁹ ē. Tres aūt. i. duo pmi et ex derelictꝫ spōdei. Altero mō distiguunt̄ pedes vt duo pmi sint (vt pri⁹) dactyli vl̄ spōdei vl̄ alterni: terti⁹ spōde⁹: ꝛ vltimi duo anapesti. Uerūtñ q2 ī omni carmie vltia syllaba ē cōis. i. īdifferēs siue lōga sit siue breuis: idō ī hexametri fine pōt poni trochɇ⁹ ꝓ spōdeo: et ī pētametri tribrach⁹ ꝓ anapesto: et id q̄dē fine vitio. Jtē q2 ī illa q̄ ē pma tertij pedis ꝛ vltia dictōis sepe tm̄ more trahit̄ q̄tū ī vltia syllaba toti⁹ carmis. volūt nōnulli eā q̄ syllabā cōeꝫ eē: et ob id ī tertio hexametri posse tribrachū ꝓ dactylo poni: et iambū ꝓ trocheo ēt ī pētametro: q̄d apō ydoneos autores nōnūq̄ sꝫ rari⁹ reperies: vt ī illo (Omia vicit amor: ꝛ nos cedam⁹ amori.) Parce itaqꝫ quātū fieri pōt hac licentia vtēdū eē. Ista apō mere grāmaticos discēda sūt. Si tñ ēt a nob q̄s leges hui⁹ carmis efflagitet has sibi patas hēat. Quaꝝ pma ē quā dixi: vt ī carmie elegiaco nūq̄ terminet̄ plena snīa ī sequēti exametro: sꝫ vl̄ ī pmo pētametro vl̄ ī scdo: sempqꝫ necesse ē vt licꝫ suspēsa adhuc sit sententia: tamen constructio fere plena sit. in secūdo quoqꝫ vsu hoc est in pentametro. Secunda est: vt si commode fieri potest geminis epithetis siue adiectiuis tam exametrum q̄ pentametrum ornetur: sic vt prius adiectiuum priori substantiuo correspōderit: et posterius posteriori. ponentur autem ambo adiectiua ante substantiua: sed ne sit hiatus aut strepit⁹ vocalium ineptus pulchrum esset in diuersis casibus aut diuersa declinatione ponere. Dixi et commode fieri potest. Non enim semper ne fluat nimium id fieri congruit: precipue in epigrammate talis fucus vitetur. Tertia est Sonorum est hexametrum si primo loco dactylū et secundo spondeum habeat sic vt dictio trissyllaba secunda sit tribus longis aut natura aut positione constans: aut vna monosyllaba cuꝫ bissyllaba. Nec minus sonorum erit in secundo quoqꝫ loco dactylus fuerit dummodo post duos pedes remaneat in eadem dictione tantum vna syllaba: quia dissonum et inconditum carmen: dum prime due dictiones singulos dactylos siue abundāte syllaba faciant. vt Acria prelia. Durus autem si post singulos dactylos singulos spondeos ex integris dictionibus feceris sic. Acria cantans prelia regum.

Carmen elegiacum

Hexametrum

Pentametrum

Regule de elegiaco carmine

Liber primus Metrum primum.

Quarta est hypermetrũ.idest versũ in quo syllaba abũdat nũq̃ feceris nisi in vocalem aut in
lr̃am exeat:et sequens v̾sus a vocali incipiat:idq̃ raro et nõ sine snĩe ꝯformitate facies.Quin
ta.Spondeũ in quĩto loco exametri nõ pones nisi grauitas snĩe:aut longior animi loquẽti-
us admoneat:tũcq̃ dactylus quarto loco ponet̃.Sexta.vocatiuũ in fine carminis nõ pones
nec in pẽtametro monosyllabũ:qȝ si in exametri fine posueris nomẽ aĩalis erit.Septima in
pentametro quoq̃ seruãdũ vt prim⁹ pes dactylus secũdus spondeus sit cũ syllaba in eadẽ di
ctione vna dũtaxat abũdante.In fine aũt vitẽtur trissylabe et monosyllabe dictiones:pul-
chre sunt syllabe:nõ turpes pentasyllabe:vt Contactũ nullis ante cupidinibus.Quadrasylla
bec ñ execrent̃.Penultima trissyllaba iocũdũ v̾sũ facit.Octaua.In oĩ carmĩe seruẽtur dco
ra supra a nob breuit̃ enarrata.In eligiaco ergo erit materia tristis:stilus mediocris:digres
sio rara nec prolixa:cõpositio facilis:dictiones nõ affectate.Epigrãma aũt sententia bona
claudat̃.hec hacten⁹ plura etiã a nobis alibi dicta sũt.Restat vt sensa autoris nostri paucis
Sentẽtia explicemus.¶Carmina qui quondã ⁊c.vt autoris nr̃i in primo carmine sententiã paucis ex
plicemus opepreciũ est ad memoriã reuocare intentionẽ eius.vult eñ in toto hoc ope psonã
hoĩs mesti et desolati ob iniquas tribulationes quas patit̃ repñtare:ad quã mentis egritudi
nes:q: nihil facilius affert medelam:q̃ sapientia que ex philosophia acquirit̃:ideo phiam cõ-
solationẽ ĩducit.Referemus ergo ad oculos mentis boetij statũ:qui propter equitatẽ et iusti
tiã in carcerẽ detrusus:⁊ oñdens bonis spoliatus etiã fame sui detrimẽtum timet.Sedet er-
go mestus aĩo repetens ante acti tp̃is felicitatẽ:que collata ad pñtes miserias eas accumula
Contentio tiores facit:q: vt ip̃e dictur⁹ est infelicissimũ genus disfortunij ẽ fuisse felicẽ.Et vtit̃ contẽti
onibus.i.cõtrarijs sententijs p antithetã.i.ꝯtraposita seu contraria vocabula:q: vt bene di-
Per ctũ est:peregisse et inire cõtraria sũt:ille eñ pegit q̃ iã pfecte egit.Per eñ prepõ aut pfectio-
nes significat:vt pficio pfecte facio:pfero pfecte fero.i.ad finẽ vsq̃:et sic de mult̃ alijs.aut p
mediũ:vt pfluo.[illegible]ediũ fluo.peluceo.p mediũ luceo.ãt ĩtercessionẽ ⁊ auct̃atẽ:vt p me reges
Ineo regnãt.Peregi[illegible] cõpleuit et pfecit:init q̃ ĩcipit et nũdũ aliq̃d fecit:sȝ q̃si ad faciẽdũ it.Ac-
cipit̃ tñ interdũ ineo pro eo qȝ incipio facere aut incoho vt ineo amicitiã ⁊c.Contraria itẽ sũt
Carmen Carmina et mesti modi.Nã carmina a canendo dicunt̃:vnde vt poete canere dicũt̃ vt Arma
Versus virũq̃ cano.Versus dicũt̃ eo q̃ pacto numero certorũ pedũ reuertit̃ poeta ad pricipiũ.Nu-
Numeri meri quoq̃ versus dicũt̃ eo q̃ nũerant̃ pedibus:proprie tñ nõ versus sȝ moduli eorũ sunt.sic
Modus metrũ mẽsura ẽ carminũ nõ carmen ipsũ.Modus aũt nũc dicit̃ finis:vt quarto eneiđ.Nam
quis erit modus:proprie autem est moderatio:vnde a modo modestia et moderatio dicitur.
Mesti autem modi hic sunt versus elegiaci:qui mestis conueniunt:sicut sappho ouidiana
flebile carmen appellat qȝ flẽti conuenit.Item contrarium est florenti studio.i.quasi suapte
Cogor natura aliquid facere sicut flores sponte nascuntur ex arbore leta:et cogi ad ipsum.Nam co-
Ecce gor compositum est ex co et agor:et est idem qȝ compellor.¶Ecce particula locum habet pre
Lacer cipue vbi ex insperato et improuiso aliquid oboritur.vnde hic patos.i.affectionem et commi
serationem mouet:eo q̃ mala improuisa grauius ledunt.Lacerum vult ancipitis esse si-
gnificationis hoc est actiui et passiui qui dicit.Qui lacerat lacer est et qui laceratus habetur
De camenis et musis in sequenti explanatione prime prose ampliter dicturus sum.Dicit pre
terea notanter veris fletibus:quia omnes qui elegiaca carmina componunt:querimoniam
quandam facere videntur:sed qui de alienis miserijs aut de suis ficte conqueruntur:non ve-
ros fletus emittunt:sicut Boetius modo se emittere dicit.Elegos grece dicitur luctus:elego
aũt misereor:elegios aũt versus ad miseriã pertinens.Saltem legas non saltim:tractum au
tem volunt vocabulum ab his qui se hostibus dedentes salutem petebant:hoc est vite inco-
lumitatem amissis ceteris:ac si dicant vt cetera amittamus habeamus salutem:qȝ per cor-
Iuuenta ruptionem factum est postea saltem:qȝ quidam interpretantur ad minimum.Iuuenta etas
Iuuentus est:iuuenta autem multitudo iuuenum et iuuentas dea secundum seruium.In latinis ergo
Iuuentas litteris cauebis ne alterum pro altero (loquor enim de duobus prioribus) ponas:q̃uis in
sanctis litteris sepe confundantur.Et q̃uis senecta et senectus idem sint.Credo legendum
Cani esse.Solatur et non solantur.Est enim appositum illius nominatiui gloria.Cani sunt capil-
li canescentes.et caret singulari numero in ea significatione.Effetum dicitur quicquid
omnem fetum idest omnem vigorem suum emisit.Mors felix ab effectu hic dicitur:
quia felices facit.¶Sunt enim triplicia epitheta seu adiectiua aliquo modo propria.
Quedam eñ oĩ ⁊ semp conueniũt et eaȝ addunt̃ ad perpetuam rei naturam significandã:vt

Liber primus Metrum primum.

calidus ignis:frigida nix. Quedam non omnibus eiusdem nominis querunt vt ea ad discretionez addunt:vt parius lapis.Quedam non formaliter sz(vt notis vocabulis vtar)ptu aliter tm̃ inherent.vnde mors dicitur frigida q2 frigidos facit:timor pallidus:frigus pigruz rc. Heubeu hic geminatum legendum est vel heu:nõ aũt heu bissyllabũ.Reperitur aũt heus cum vocandi casu:τ est reuocandi aduerbiũ.item hey cum datiuo vt hey mihi qualis erat rc. Item heu cum actõ:vt heu stirpem inuisam.τ cum nominatiuo vt heu pietas heu prisca fides. Et eheu vel heuheu absolute sine casu.Et est dolentis interiectio:vt Eheu quid volui misero mihi.Et heuheu ꝙ pingui macer est mihi taur⁹ in aruo. Cetera vocabula que de se nota sunt lucidiora erunt in construendo.Nunc sensum litteralem repetamus.Manlius Boeti⁹ Seuerinus vir consularis τ egregia tum virtute tum prudentia pditus ob iusticiam in carcerem detrusus vt innocẽtiam suam posteris significet:τ miseris mortalibus sibi iniuria affectis consolationem pararet:se mestũ τ lachrymosum fingit:quasi post repetitionem preterite felicitatis sue:solus cogitabundus in hec verba prorũperit.Carmina qui quõdam rc.quasi dicere velit:Audite mortales τ cõmiseramini.Ego qui florenti studio τ animi hilaritate fretus olim dulces cantilenas confeci.Nunc in senectute cum solatium τ requiem animi habere merito deberam:cogor propter iniuriam mihi illatã incipe edere lugubres cantus τ q̃rimonias. Ecce em̃(q.d.qd̃ mĩme verebat mĩmeq3 mihi verendum fuit)camene.i.inuentrices carminũ lacere.i.laceratis τ diffutis vestibus:τ mesto vultu(tales ecum sunt qualia sunt que canuntur)dictant mihi que debeam scribere.Dictare em̃ proprie est proferre τ inuenire verba que ali⁹ scribat. Et elegi(media breui).i.luctus vel versus elegiaci rigant mihi ora veris fletibus.Et cũ omnes amici omnesq3 facultates me defecerint τ dereliquerint:sole camene me secute vsq3 ĩ carcerẽ sunt:p qd̃ innuit sciam a tyrannis auferri non posse.Gloria aũt anteacte vite in iuuẽta mea solatur nunc mea fata.i.aduersitatem quam patiar senex mestus.Quasi dicat:quando recordor felicitatis mee in iuuenta habite:Nunc modesti⁹ tolero infelicitatem senecte. cum certo scientia ꝙ(vt Horatius dicit)nihil est ex omni parte beatum. Si dicas autem dicat O Boe. tu nondum senectutem attigisti:quomodo ergo senem dicis.Respondet ꝙ senectus ĩopinata iam venit.Est autem vocabulum venit preteriti temporis: quia producit primã quaz in presenti tempore corriperet.Si queras quomodo venit.dicit ꝙ ex dolore:quia dolor iussit suam etatem.i.senilem quam dolor semper in vultu hominum generat inesse mihi. ¶ Mors hominum felix:pro hac sententia memineris lector nos oportere precipue respicere ad affectionem loquentis.Sepe enim sententie proferuntur non omnino vere : sed verisimiles ijs qui eas proferunt.Sicut Dido in quarto eneidos ab vno decepta dicit.Nusq̃ tuta fides.Sic Boetius licet ipse talis non sit:tamen quia agit personam eius qui consolatione indiget: et tam tristis est vt vitam amariciem iudicet:dicit mortem esse felicem que infelicibus obuenit. quia vt dicit Plinius in re medium omnium malorum mors concessa est.τ vt in epistolis dicit Horatius.Mors vltima linea rerum est.Contrariam sententiam dicit cherea virgine potitus apud Therentium in eunucho:quia ab his qui animum perturbatum habent eiusmodi proferuntur sententie quales a passionibus predominantibus dictantur. Cetera clara sunt. Facit autem in fine pulchram apostrophen.Est autem apostrophe conuersio sermonis ad absentem.Que nunq̃ affectione vacat:sed vel ire vel amoris:vel doloris vel letitie iudicium habet.sicut hic.O amici inquit.ad quid cum iactantia iudicastis me totiens esse felicem:cum et meam τ meorum dignitatem conspexistis:non recte iudicastis me beatum:qui stabilem felicitatem nactus non eram:quod patet quia cecidi:sed qui cecidit stabili non erat ille gradu.et ita claudit carmen deuerbio quod sepe in hoc genere carminis honeste fit. ¶ Ordo iam notus est:sed vt pollicita exequar imbecillioribus talis est.Ego Boetius qui peregi.i.perfecte composui τ edidi quondam florente studio carmina:idest dulces cantilenas nunc supple.effectus flebilis cogor inire:idest incipere mestos modos.i.versus de mestitia hoc est querimonias τ lamentationes.Ecce:quasi dicat preter spem τ opinionem:camene.i.muse inuentrices carminum lacere:idest pãnose τ laceris similes:dictant mihi scribenda.i.ea que debeam scribere.Et elegi:idest luctus rigant.i. humectant mihi ora: idest faciem veris τ non fictis fletibus:idest lachrymis quas flens emitto.Nullus terror neq3 mortis neq3 amissionis reruz potuit peruincere saltem has:idest camenas. licet notos τ amicos peruicerit. Non potuit inquã eas quincere quin; idest quo minus vel qui non ; idest vt non ipse existentes comites

Heu heus

Dicto

Venit

Apostrophe.

Cõstructio

persequerentur.i.ad finem vsqꝫ seqrentur nostrum iter etiā in carcerē. Gloria.i.excellens in claritate ⁊ leticia dignitas felicis ⁊ olim viridis iuuente mee: solatur mea fata.i.tristem euentum qui quasi fataliter mihi venit. hoc est dum gloriam iuuente cū presentib9 malis confero tunc quodāmodo consolor: qñ non oīno miseruꝫ me videaꝫ. Mea inquā fata senis mesti.i. ꝙ sum senex mestus. ne dicas fata mea.i.mei. vt alio loco docebo. Dico senis: eñi pro q: senectus inopina.i. inopinata: venit.i.inuasit me preꝑata.i.accelerata malis.i.ꝑ mala que patior. Et dolor iussit.i.voluit iperauit suā etatem.i.quā ipse generat est senileꝫ inesse mihi. Cani.i.capilli canentes itempestiui.i.ante tempus orti succiduntꝛ.i.dispgunt vtice.i.in supiori parte capitis: a qua dū altius ire nō possum9 reuertēdū nob est sicut a vtice mōtis. Et cutis laxa.i.laxata tremit in corpe effeto: vl' corpe exñte iā effeto. Illa sup. mors hoīm est felix.i.felices eos facit ꝙ nec inserit se dulcib9 annis.i.letis ⁊ prosperis: et que vocata sepe venit mestis: vl' vocata mestis.i.a mest[illegible] venit. Heu heu ꝙ.i.ꝙtū surda aure mors sup. auertitꝛ miseris.i. vertitur a miseris. Alij leg[illegible]uertitꝛ.i.spnit miseros de quo vide finē cōmenti nri. Et ipa seua.i. supbia ⁊ imitis nega[illegible]enuit claudere oclos flentes.i.mestoꝝ. Claudunt aūt mortuis ocli: q̄a morietes fere aptos linquunt. Dū.i.qñ fortuna malefida faueret bonis leuib9.i.transitorijs: hora tristi.i.mortis merserat pene.i.quasi meuꝫ caput. Sed q: ipa fortuna nubila.i. obscura ⁊ auersa mutauit nunc fallacē vultū: vita mea ipia protrahit.i.prolongat mihi ingratas moras.i.dilationes. O amice quid.idest sed quid: quare iactastis.i.cuꝫ iactātia iudicastis totiēs me esse felicē: q.d.non fui tunc felix. q: status meus non erat firmus: quod patet quia cecidi: sed qui cecidit ille non erat in stabili gradu. Hec prolixius dicta in seqntib9 breuior ero.

¶ Prosa prima primi libri.

Hec dum mecū tacitus ipse reputarem: q̄rimoniāqꝫ lachrymabilē stili officio designareꝫ: astitisse mihi supra verticē visa est mulier: reuerendi admoduꝫ vultus: oculis ardētibus: ⁊ vltra cōem hoīm valentiā ꝑspicacib9: colore viuido: atqꝫ inexhausti vigoris: ꝙuis ita eui plena foret: vt nullo mō nr̄e crederetꝛ etatis. Statura discretionis ambigue. Nā



¶ Prosa ꝑma primi libri.

Hec dum mecum tacitus ⁊c. Hic incipit prosa prima huius primi in qua Boetius introducit philosophiam super suam miseriam consolantem. Ubi nota ꝙ Boetius dolens ⁊ ipa philosophia ipsum cōsolans non sunt aliud nisi anim9 dolens ex oppressione sensualitatis: ⁊ ratio consolans ex vigore sapientie. Et diuiditur. Primo ostendit Boetius quomodo philosophia sibi apparuit. Secundo quid circa ipm egerit. scda ibi. Que vbi poeticas musas. Primo describit apparitionem philosophie quo ad tempus ⁊ ad locum: ⁊ describit eius dispositionem quo ad vultum: quo ad aspectum: quo ad colorem ⁊ vigorem: ⁊ quo ad etatē. Secundo describit philosophiam ꝙtum ad habitum exteriorem. Tertio quo ad ornamenta ⁊ insignia que manibus gestabat. Scda ibi. Uestes erant. Tertia ibi. Et dextera quidē. Dicit primo. Dum ego Boetius hec q̄ supra in metro dixi tacitus mecum reputarē.i.cogitarē: ⁊ querimoniā lachrymabilem.i.ꝓuocantem ad lachrymas designarē.i.describerē stili officio visa est mihi mulier astitisse supra verticē.i.supra caput admodum.i.valde reuerendi vultus: oculis ardētib9 ⁊ perspicacib9.i. claris vltra cōeꝫ valentiā hoīm.i.vltra homines: que apparuit in colore viuido.i. delectabili: ⁊ apparuit mihi tanꝙ inexhausti.i.īconsumpti vigoris: ꝙuis ipsa foret ita plena eui.i.duratōis vt nullo mō nr̄e crederetur esse etatis. statura ei9 ambigue.i.dubie discretōis.i.cognitionis: q: nunc.i.aliqñ cohibebat.i.extendebat sese ad cōeꝫ mensurā hoīm.i. longitudīeꝫ nunc.i.aliquando videbatꝛ pulsare.i.attingere celum cacumine summi verticis.i.altitudīe capitis: que cum caput altius extulisset ipsum etiam celū sua longitudine penetrabat. ¶ Notādum ꝙ Boe. describit phiam sibi apparuisse sub spē mulieris: q: phia apud grecos ⁊ sapiētia

Quarꝛ phia in hitu muliebri apparuit.

apud latios est generis feminini. vel ideo q2 sicut mulier infātes lacte nutrit: sic philosophia minus ꝑfectos nutrit facilib9 doctrinis. vel ideo q2 Boeti9 erat eger: mulier aūt magis ē cō-passiua ⁊ magis abilis ad consolandū egrū ꝙ vir. Nam ſm salomonē. vbi non est mulier ibi ĩ gemiscit eger. ¶ Notandum stare est erecto modo se habere: ⁊ q2 phia erigit hominem ad delectationes intellectuales faciens cadere sensuales: ideo ipsa describitur stetisse. Et dicitur ste-

Cur stans

nūc quidē ad cōem sese hoīm mensurā cohibe-bat. Nunc vero pulsare celū summi verticis ca-cumīe videbatur. Que cū caput altius extulis-set: ipsum etiam celū penetrabat: seq3 respiciē-tium hominum frustrabatur intuitus. ¶ Ve-stes erant tenuissimis filis: subtili artificio: in-dissolubili materia perfecte: quas (vti post ea-dem prodente cognoui) suis manib9 texuerat. Quarū spēm veluti fumosas imagines solet: caligo quedā neglecte vetustatis obduxerat. Harū in extremo margine Π grecum: ĩ su-premo vero Θ legebatur intextum. Atqui inter vtrasq3 litteras in scalarū modū gradus quidam insigniti videbantur: quibus ab infe-

tisse supra verticē: q2 philosophia in anima intellectiua non habet organum in vertice. Nam anima intellectiua nullius organi corporis est actus. Vel dicitur ideo stare supra verticez q2 de supero cardine elapsa venit: vt dicit Boetius tertia prosa hui9 primi. ¶ Notandum philosophia dicitur reuerendi vultus: q2 suos possessores reuerendos facit. Nam ſm Tullium. Reuerentia est decens ⁊ matura grauitas que habetur per philosophiam: ergo dicitur reuerendi vultus.

Reuerēdi vultus

¶ Notanduz illud quod est ardens est penetratiuum: ⁊ q̄a per rationem ⁊ intellectum que sunt oculi phie penetramus intima rerum ⁊ quidditates earum: ideo philosophia dicitur apparuisse ardentibus oculis. Et q2 per philosophiam speculamur ea que vulgares ⁊ communes non speculantur: ideo dicitur habuisse oculos perspicasses vltra communez hominum valentiam.

Ardentib9 oculis

¶ Notandum color viuidus est color naturalis pulcer ⁊ delectabilis: ⁊ q2 philosophia in se pulcerrima est cum sit res mirabilis ⁊ diuina ⁊ delectabilis q2 mirabiles affert delectationes: ideo describitur apparuisse in viuido colore. Item philosophia apparuit inexhausti vigoris q2 philosophia cum sit perpetua exhauriri nō potest: vel ideo inexhausti vigoris quia quantūcunq3 homo cognoscat de philosophia adhuc restant plura cognoscenda: quod patet ex diuersitate opinionum in phia q̄rū vna destruit aliā. Itē q2 phia est eterna ⁊ ꝑcesserat ipm Boe. iō dicit eā non fuisse sue etatis.

Colore viuido

Inexhausti vigoris

¶ Notandum ꝙ tres sunt partes phie essentiales: ex sexto methaphisice: naturalis: mathematica: ⁊ diuina. Secundū naturalē phiam dr̄ phia se cohibere ad cōem mensurā inquantū tractat de naturalib9: q̄ cōiter via sensus cognoscunt̄. inter q̄ natura hoīs est summū ad q̄d ꝑuenit̄. Dr̄ aūt phia pulsare celū q̄ ad mathematicā: iō q̄ ad astronomiā inquantū tractat de motib9 ⁊ figuris astrorū. Dr̄ aūt penetrare celū q̄ ad methaphisicā inquantū dirigit in cognitōem dei ⁊ substantiarum sepataꝝ. Et dr̄ phia frustra intuitū hoīm respicientiū: q2 ꝑfectam cognitōem substantiarū separataꝝ in hac vita hr̄e non possum9. Nā sicut se hz oclus nicticoracis ad lumē solis: sic intellectus noster ad manifestissima in natura: ex scdo methaphisice.

Partes philosophie

Phia pulsat celum

Penetrat celum

Frustratur intuitum

Vestes erāt tenuissimis filis. Hic boeti9 describit phiam quātū ad habitū exteriorē. Primo quantū ad materiā vestiū. Secundo quātū ad picturā vestiū. Tertio quantū ad violētiā vestib9 illatā: ⁊ legant̄ ptes simul. dicit pmo. Vestes phie erant ꝑfecte tenuissimis. i. subtilissimis filis: ⁊ erāt ex subtilissimo artificio: ex materia indissolubili: q̄s vestes ipsa texuerat ꝓprijs manib9 vti ꝓ sicut ego cognoui eadē phia ꝓdente. i. reuelante mihi in tertia ꝓsa hui9 pmi. quaꝝ. s. vestiū spēm. i. pulcritudinez q̄dā caligo. i. obscura ignorātia neglecte vetustatis. i. negligentie veterū obduxerat. i. obfuscauerat: veluti solet sup. obducere caligo fumosas imagines. i. in fumo stantes. Tūc oñdit quid fuerit depictū in vestib9 ei9 dicens. In extremo margine. i. in inferiori pte haꝝ vestiuz legebat̄

Phie vestes.

intextū. P.i.practica In superiori parte vestiuȝ erat intextū T.i.theorica qd̄ interp̄tat̄ specu⸗
latiua: ⁊ inter vtrasq̄ litteras inter T ⁊ P erāt q̄dā ḡd⁹ insigniti.i.impressi ad modū scalarū:q̄
b⁹.s.ḡdib⁹ ascendebat̄ ab inferiori lr̄a ad sup̄iorē.tūc tāgit violētiam vestib⁹ illatā dicēs.Eādē
vestē absciderāt.i.laceraueraāt man⁹ q̄rūdā hoīm violentoꝝ sup.facientiū violentiā: ⁊ vnusq̄sq̄
abstulerat p̄ticulas vestis q̄s poterat auferre. ¶ Notandū q̄ p vestes phie intelligunt̄ p̄tes
essentiales ⁊ artes liberales.

Quid vestes phie

Sicut eñi corp⁹ vestib⁹ ornat̄.sic phi
losophia suis p̄tibus decoratur.
Per fila autem subtilissima in⸗
telligunt̄ p̄cepta phicalia siue ,p⸗
positiones philosophicales. Sic
eñi vnū filū in vestib⁹ ordinat̄ cir⸗
ca aliud.sic vna ,ppō iuxta aliam
q̄ ,ppōnes dicunt̄ subtilissime:q̄a
p eas hō subtilia iuestigat.Dicū⸗
tur ⁊ hmōi p̄cepta subtili artifi⸗
cio contexta rōne ornat⁹ v̄boꝝ et
sniāꝝ q̄ in eis inueniunt̄. Et sunt
ex materia indissolubili:q̄ lȝ a q̄⸗
busdā exp̄mant̄: tñ in seipsis hn̄t
veritatē indissolubilē. ¶ Notādū

Quid manus

p man⁹ phie p̄q̄s suas vestes te⸗
xuerat intelligunt̄ phi: q̄ p̄cepta
philosophicalia [illegible]pserūt.et di
cunt̄ rōnabiliter man⁹ phie:q̄ ni⸗

rioꝛe ad superius elementum esset ascensus. Eādē tñ vestē violētoꝝ quorūdā sciderāt man⁹ ⁊ p̄ticl'as q̄s q̄sq̄ potuit abstulerāt. ¶ Et dextera q̄dē ei⁹ libellos: sceptrū v̄o sinistra gestabat. ¶ Que vbi poeticas musas vidit nr̄o assistētes thoro: fletibusq̄ meis v̄ba dictātes: cōmota paulisper ac toruis iñflāmata luminib⁹. Phi. Quis iq̄t has scenicas meretricl'as ad hūc egrū p̄misit accedere: Que dolores ei⁹ ñ mō null'o fouerēt remediijs: veꝝ dulcib⁹ isup alerēt venēis

Cur obducte vestes

si fuissent instructi [illegible]ceptis phicis:ea exp̄mere mīme valuissent. ¶ Notandū q̄ vestes phie
dicunt̄ fuisse obducte q̄daȝ caligine:q̄ tp̄e Boetij artes ad tantā negligentiā deuenerant q̄
pauci eas curabāt.sȝ Boe.eas transtulit ⁊ exposuit siue cōmentat⁹ est. Vel iō vestes phie fue
runt fumose:q̄ ab antiq̄s obscure fuit tradita phia:ab empedocle poetice: a platone enigma

Partes principales phie

tice:ab Aristo.sub verboꝝ obscuritate. ¶ No. q̄ due sunt p̄tes p̄ncipales phie.s.practica ⁊ the
orica:ideo in veste philosophie erant due littere intexte:scilicet P ⁊ T. P autēȝ erat in inferi
ori parte vestis ⁊ T in superiori.per quod innuitur q̄ practica philosophia est iferior specula
tiua ordine dignitatis. Per gradus autem medios,qui erant inter vtrasq̄ litteras intelligun

Gradus

tur scientie eloquentie que sunt: grāmatica: logica: rhetorica. ¶ Notandum q̄ dr̄ ascensum fu
isse p grad⁹ a practica ad speculatiuā p hoc inuitur q̄ hō p̄mo dȝ esse sufficiēter instruct⁹ i pra

Scidere vestes phie

cticis vt post ascēdere valeat ad cōtēplatiua. ¶ Notādū q̄d sit scindere vestes phie. Illi tñ di
cunt̄ vestes scindere phie q̄ habentes vnā sciam putant se esse p̄fectos phos sine alijs. Si au
tem aliqui sciant vnā artem sine alia dūmodo se cognoscant nō esse perfectos philosophos
tales nō scindunt vestes phie. Vel illi scindunt vestes philosophie q̄ per extortas expositōes
trahunt veras ,ppōnes ad suas falsas opiniones. ¶ Et dextera q̄deȝ eius. Hic Boeti⁹ descri⸗
bit philosophiā q̄tum ad insignia ⁊ ornamenta que manib⁹ gestabat dicēs. Et dextera man⁹

Quid libelli

philosophie gestabat libellos: sinistra v̄o gestabat.i.portabat sceptrū.i.virgā regalē. ¶ Notā
dum q̄ omnis cura atq̄ intentio viri sapientis versat̄ vel circa cōtemplationē sapientie que

Quid sceptrum

designatur per libellos.vel circa regimen reipublice qd̄ designatur per sceptrū: ⁊ q̄ contem⸗
platio sapientie potior est q̄ regimen reipublice:ideo philosophia dicitur in dextera habere li⸗
bellos.in sinistra vero sceptrum. ¶ Que vbi poeticas musas. Postq̄ boetius oñdit quō philo
sophia sibi apparuit. Hic oñdit que circa ip̄m egerit. Et primo oñdit quomodo musas poeti⸗
cas fugauit. Secūdo oñdit quō de hoc obstupuit. Tertio q̄uō phia sibi appropinquās statum
ei⁹ deplanxit. Secunda ibi. At ego. Tertia ibi. Tuȝ illa. Dicit p̄mo.que scȝ philosophia vbi,p
postq̄ vidit poeticas musas assistentes nostro thoro.i.lecto:q̄ Boe.tanq̄ eger in lecto de⸗
cubuit: ⁊ cum vidit musas dictantes carmīa meis fletib⁹ ipsa philosophia paulisper.i.aliquan
tulum commota ⁊ inflammata:idest incensa toruis luminibus:idest crudelibus vel terribili⸗
bus oculis inquit. Quis permisit has meretriculas scenicas:idest vmbrosas accedere ad hūc
egrum q̄ dolores eius non modo:idest non tñ non fouerent:idest non sanarent vllis reme⸗
dijs:idest medicamentis: verum pro sed alerent supple dolores eius dulcibus venenis.

Liber primus Prosa prima.

De sunt enim muse que infructuosis spinis affectuum id est passionum necant id est suffocant
vberem id est fertilem fructum rationis fructibus id est i fructibus suis:z mentes hominum
assuefaciunt morbo non liberant. Tunc alloquitur musas dicens. O muse si vestre blandicie
detraxissent nobis quem id est aliquem virum prophanum id est illitteratum vti pro tanq̄ soli
tum id est similem vulgo. ego putarem id ferendum id est patieudnm minus moleste: quippe

Hee sunt em̄ q̄ ĩfructuosis affectuū spinis vbe-
rem fructibus rōnis segetem necant: homi-
nūq̄ mentes assuefaciūt morbo:nō liberāt. At
si quē prophanū vti vulgo solitum nobis blan
ditie vestre detraherent:minus moleste feren
dum putarez. Nihil quippe in eo nostre opere
lederentur. Hūc vero eleaticis atq̄ academi-
cis studijs enutritū. Sed abite poti⁹ syrenes
vsq̄ in exitiū dulces:meisq̄ cū musis curandū
sanandūq̄ relinquite. B. His ille chorus icre
pitus deiecit humi mestior vultum:cōfessusq̄
rubore verecundiam limen tristis excessit.

in hoc nihil lederentur nostre o-
pere id est nostre sedulitates. sed
vos allexistis nobis hunc homi-
nem enutritum studijs id est scien
tijs eleaticis. id est Aristotelicis
atq̄ achademicis id est platonicꝫ
Tunc fugat eas dicens. Sed abi-
te id est recedite vos syrenes dul-
ces vsq̄ in exitium id est in mortē
et relinquite eum curanduz meis
musis id est doctrinis salutiferꝫ.
tunc iste chorus id est turba mu-
sarum increpitus id est redargu-
tus mestior id est tristior existens
vultum suum deiecit idest inclina
uit humi id est terre:et rubore cō-
fessus verecundiam tristis exces-
sit id est exiuit limem id est domuz
in qua decubuit Boetius. ¶ No-
tandum q̄ ideo muse poetice dice   Muse.
bantur assistere thoro boetij:quia
boetius studuit metrice dolorem
suum conscribere. Item philoso-
phia dicitur paulisper commota: per qḋ innuitur q̄ ira immoderata non debet cadere invi-
rum sapientem:quia virtus consistit in moderatione passionum. Unde licet irasci sit homini
naturale:tamen irasci quandoq̄ oportet et vt oportet et quantum oportet est hominis vir-
tuosi et sapientis. Unde Sene. Quid credulius ira. Similiter de virtutibus cardinalibus.
Esto tardus ad iram. Item interrogatio quandoq̄ fit causa ignorantie alicuius. aliquando
vt ex responsione facta aliquid probetur. quandoq̄ fit propter increpationem faciendam:et
hoc vltimo modo philosophia itterrogat dicens:quis has scēnicas meretriculas zc. ¶ Notā-
dum q̄ muse poetice dicuntur metricule. Sicut enim meretrix allicit hominem delectando: Meretri
nihil vtilitatis sibi conferendo:et commiscet se cuilibet non ex amore sed spe lucri. ita poete   cule
non scribunt amore scientie: sed vt aliquid laudis vel premij consequantur. et delectant rati
one metri modicum vtilitatis conferendo:sed diuersas passiones inducendo. Appellat au-
tem philosophia musas metriculas scenicas:quia carmina poetica in scena consueuerunt p-
nunciari. ¶ Ubi nota q̄ scena dicebatur locus vmbrosus in theatro vbi abscondebantur per
sone pnūciātes carmīa tragica vel cōica. Unde scena interpretatur vmbratio vł vmbra. Vel i-
deo muse poetice dicuntur scenice id est vmbratiles:quia sunt vmbra scientie non vera scien   Scena
tia:cū obumbrēt mētes hoīz. Itē metrica descriptō dolorꝫ nō sanat dolorē sꝫ magꝫ auget:qꝛ
ꝯsideratio misie ē ꝑuocatiua tristitie. vnusq̄sq̄ aūt cū diligētia ꝯsiderat quod describē vult.
Itē metrica descriptō dꝛ eē dulce venenū:qꝛ plꝫ z nocꝫ. rōe metri plꝫ:sꝫ pp recordationē do-
lorꝫ nocꝫ. Itē affect⁹ ē vehemēs aī passio aīꝫ torquēs z vex iudiciū rōis ipediēs. Et sūt q̄ttuor
affect⁹ aī:gaudiū:dolor:spes:z tior:q̄ dicūtur ĩfructuose spīe:qꝛ suffocāt segetē rōis q̄ ē scīa z   Affectus
virt⁹. Itē lꝫ de oī errore dolēdū sit:poti⁹ tñ de errore sapiētꝫ q̄ ĩsipiētꝫ. nā error sapiētꝫ alios
exēplo corrūpit:error aūt ĩsipiētꝫ nō:qꝛ ab ĩsipiēte nō trahit exēplū. Propť qḋ dič Salusti⁹.
Oia mala exēpla reb⁹ bōis orta sūt. Ergo dič phia magꝫ dolēdū de errore Boe. q̄ alicui⁹ p-
phani. Itē sꝫ Hug. phanū. i. qḋ tēplū:ide pphan⁹. i. sacrileg⁹:q̄si pcul a phano. i. a tēplo. Pro
phanū ēt dꝛ q̄cq̄d nō ē sacꝝ. Uñ oēs laici z illitterati dicūť pphāi q̄si pcul a phano sapīe. Itē
sꝫ Hug. opa ope ē sedulitas ĩ reb⁹ agēdis. opa aūt phie ē itētio vł labor ad aliquid philoso-
phicuz addiscenduz. Itez eleys est ciuitas grecie in qua studit Aristo. vnde studia sua dicū-

tur e leatica. Academia autem fuit ciuitas vel villa in qua studuit Plato. vnde studia sua di-
Sirenes cuntur acha demica. Utrisq̄ autē studijs Boe. fuit enutritus. ¶ Itē philosophia musas ap
pellat syrenes. Sicut enim syrenes dulcedine cantus attrahunt naues periclitando eas: sic
muse delectatione metri aliciūt homines vel mentes hominū et rationē aliquo affectu sub
mergūt et obscurāt. Itē ꝙ vna phia cōuentū musarū expulsit signatur ꝙ vnus sapiens sua vir
tute et sapientia infinitos erro-
res stultoꝝ extinguit.

¶ At ego cuiꝰ acies lachrymis mersa caliga-
rat: vt nec dinoscere possē q̄nā h̄ esset mulier
tā ipiose auctoritatis obstupui: visuq̄ in terrā
defixo quidnā deīceps esset actura expectare
tacitus cepi. ¶ Tum illa ꝓpius accedēs: in ex
trema lectuli mei parte ꝯsedit: meūq̄ intuens
vultū luctu grauē atq̄ ī humū merore deiectū
his ꝟsibꝰ de nr̄e mētis ꝑturbatōe cōquesta ē.

¶ At ego cu
ius acies. Hic Boe. ōndit quō
obstupuit de actu philosophie di-
cens. At ego Boe. cuiꝰ acies. i.
visio mersa lachrymis caligarat
i. obscurata fuerat: vt nec possem
dinoscere. i. inuestigare quenā. i.
que esset hec mulier tā imperiose
auctoritatis. i. potentie ego obstu
pui. i. miratus fui: ⁊ defixo. i. incli
nato visu in terram tacitus cepi
expectare quidnā deinceps. i. con
sequenter esset actura circa me.
¶ Notādū quia Boe. doluit de
amissione rerum temporaliū eiꝰ
acies. i. ratio ⁊ ītellectꝰ caligarat
i. ꝙ nō potuit cognoscere philosophiam. ¶ Nota ꝙ licet Boe. de actu phie obstupuit: tn̄ taci
tus expectauit quid deinceps facere vellet: ꝑ hoc innuens se esse talem q̄ consolationē accipe
ret. Qui enī refutant alios audire nec audita rōe acquiescunt: tales sibi ipsis obstaculū cōso
lationis faciunt. ¶ Tū illa ꝓpius accedens. Hic Boe. ōndit quomō phia sibi appropinquās
statum suum deplanxit dicens. Tū illa philosophia accedens ꝓpius cōsedit in extrema par
te lectuli id est cordis mei: ⁊ intuēs vultum meum grauem. i. grauatū luctu: atq̄ deiectū. i. de
clinatum in humū. i. in terram merore. i. tristicia cōquesta ex his versibꝰ sequentibus de per-
turbatione nostre mentis. ¶ Nota ꝙ philosophia dicitur sedisse ī extrema parte lectuli. i. cor
dis Boe. Nā cum esset in tristicia et dolore ꝓpter amissionē rerum temporalium parū vel
nihil sapientie habebat. ⁊ quia tota cura eius erat circa terrena amissa: ideo dicitur habuisse
vultum merore deiectū in humum.



Ec dū mecū tacitꝰ ⁊c. In hac p̄ma ꝓsa Boe. ꝑ fantasiā quādā īducit ꝑsonā
Ascen. cū q̄ locuturꝰ ē. i. phiā: eiq̄ hītū ⁊ corpis hītationē rei ꝯgruā ꝯsignat: deide
Phus ꝙ seuere poeticas musas exegerit describit. Circa priorē ꝑtē aduertēdū ē qm̄
Phia tā apte phiā vocari atq̄ philosophū. Phi enī nomē vulgata scīa a pythago
ra inuētū ē: q̄ cū se sophū. i. sapiētē appellari nollet: philosophū. i. amatorē
sapie ꝓfessus ē. Phia aūt nō ē amatrix sapie: s; ipa sapia: vn̄ magꝭ ꝯgrue so-
phia diceret: nisi ꝙ ea sapia phia dici pōt: q̄ ī phoꝝ libris hēt. Uisa ē latine dictū: caue ne bar
Locutio noua bare dicas: videt mihi ꝙ bonꝰ sis: dicēdū enī viderꝭ mihi bonꝰ. Reuerēdi vultꝰ: oculꝭ ardētibꝰ
Nō vsitata latinitas. Nā l; ꝑtes ⁊ ꝓprietates seu q̄litates ⁊ q̄ntitates pulchre iungant totiꝰ
subiecto ī gtō vl ī abltō cū adiectiuo ēt gti vl ablti casus: raꝝ tn̄ ē (vt valla doc;) ī vna locuti
one vtrūq̄ casū reꝑire: qd̄ tn̄ ī plinio lectū doc;: nec vituꝑandū q̄tiēs accētꝰ seu meliorꝭ sono
ritatꝭ gr̄a fiat: sic h̄ loco: qd̄ patebit ꝑ duas aures nō hn̄t si totā locutionē ī vno casu posuerit
Respiciētiūq̄. male pōita ē ꝯiūctō. dic g̊. secq̄ respiciētiū hoī;. P. grecū grāmatice dictū. Oia
lr̄aꝝ noīa tā apd̄ grecos q̄ apd̄ latīos gn̄is neutri sūt. Potior tn̄ ē rō apd̄ grecos. Pro q̄ ani-
maduertat tyrūculꝰ: genꝰ reꝝ īseratāꝝ fere a gn̄alitate sumi. Qr enī h̄ noīa fluuius. mēsis. vē
Genꝰ nominū tus. masculīa sūt: idō fluuioꝝ. mēsiū vētorūq̄ noīa masculīa putāt. vt ararꝭ. boreas. aplis. Itē
qr ciuitas. arbor. feminina. ideo et ciuitatū arborūq̄ propria: vt babylon. pinus. Quia ergo
grāma apud grecos neutrū: ideo et grāmatū. i. lrārū noīa neutra sunt. Apud latinos autem
qr littera femininū: ideo litterarum nomina nonnunq̄ feminina ponuntur: vt apud dona-
tum in a productam. Quia tamen elementum neutrum est: et omnia indeclinabilia que non
sunt significatione nota apud latinos neutri sunt generis: ideo grammatice in neutro ge-

nere lr̃arum nomina posueris. Si auctoritatem supioris regule q̃ris: lege Seruiũ grammati
cum ad illud quarti Aeneid. Solaq3 culminibus ferali carmine bubo Uisa queri. Ubi docet
genus plerũq3 relicta specialitate a gñalitate sumi. vt sola bubo: subaudit auis. P aũt signi-
ficat practicã phiam. i. opatiuã: q2 praxis dr̃ opatio. T aũt Theoricã. i. speculatiuã: q2 theoma
significat inspicio. vñ theatrũ locus ad spectandum apt⁹: ⁊ rerum oim inspector deus: grece
theos dr̃. In scbalaꝝ erecte. singulari eñ caret autore vallensi. Et ꝑticulas quas q̃sq3 ⁊c. Hoc
quoq3 de sacris litteris in christi vestiũ3 diuisione significatũ sacre attestant homelie. Legũt
alij abstulerat: alij abstulerãt: ⁊ neutrũ incõgruũ: sed in plurali nũero aptius: vt illud: quas q̃s
q3 potuit: ꝑ modum parenthesis legatur. Sceptrum. regalis est virga non incongrua sapien
tie seu philosophie: que de se. Prouerb. viij. Per me (inquit) reges regnant ⁊ legum condito-
res iusta decernunt. Ideoq3 libellos gerit. ¶ Que vbi poeticas musas ⁊c. Hec est secunda ps
huius prose. Pro qua intelligenda maximope necesse est: qd̃ superius diximus. Sermonẽ de
bere congruere persone loquenti. Unde in superiori carmine Boetius in sua persona loq̃ns
sub qua tristem ⁊ consolationis indigentem agit: poeticis musis quodãmodo gratificatur ꝙ
se non dereliquerint. Hic vero phiam inducit eas profugantem. Poetica enim professio qui
busdam seuere philosophantibus odiosa fuit: bonis (vt reor) phis: ideo ꝙ dum deorum homi
nũq3 adulteria palam (licet sub velamẽto aliud intelligãt) describunt bonis moribus nocu-
mentum afferebant: vt Augustinus in de ciuitate dei abunde docet. Qui eos a platone a bonis
ciuitatibus exactos testatur. Malis autem ⁊ speciem phie sub vita nequã gerentibus odiosi
erant poete: ꝙ cum ipsi diuinum illud dicendi genus assequi non possent viderentq3 illos plu
ris q̃ꝫ se haberi: sperabant ea criminatione poeticum nomen delere. Utrisq3 ergo inuisuz no
men poete. quocirca persius cornutum phm contumeliose de poeticis figmentis loquentem
inducit satyra quinta. Nebulas helicone legunto ⁊c. Neq3 vero omnino poeticas musas nũc
exigendas docet phia: sed a viro tali qualem Boetius representabat. Neq3 musas oẽs dam
nat: sed poeticas dũtaxat: quia philosophicis musis eum curandum censet. Quapropter vt d̃
vna re semel loquar. Muse a plerisq3 nouem ponuntur. Quorum nomina ⁊ inuenta sic ponit Muse
Uirgilius. Clio gesta canens transactis tempora reddit. Melpomene tragico ꝓclamat me-
sta boatu. Comica lasciuo gaudet s̃mone thalia. Dulciloq̃s calamos euterpe flatib⁹ vrg3. Ter
piscore affect⁹ cytharis mouet: impat: auget. Plectra gerens eratho saltat pede. carmĩe vul-
tu. Carmĩa calliope libris heroica mandat. Urania poli mot⁹ scrutat̃ ⁊ astra. Signat cuncta
manu: loquiturq3 polymnia gestu. Mentis apollinee vis has mouet vndiq3 musas. In me-
dio residens complectit̃ oĩa phebus. Clio hystorias inuenit. Melpone tragedias. Thalia cõe
dias. Euterpe tibias. Terpsicore psalteriũ. Eratho geometriã. Calliope litteras. Urania astro
logiam. Polymnia rhetoricam. Hec Uirgilius. Sunt ergo musarũ nomia. Clio Melpome-
ne Thalia Euterpe Terpsicore Eratho Calliope Urania ⁊ Polymnia. Quorum que in a exe
unt declinantur more latino sicut musa. que in e ⁊ o more greco. Nam in e hñt genitiuum ĩ es
datiuum in en. reliquos casus in e. sicut Penelope. In o aũt hñt gtm̃ vsitattus in vs accusati-
uu3 ⁊ vocatiuũ in o: reliqui aũt casus in latinoꝝ vsu nõ sunt. vt hec clio hui⁹ Clius ⁊c. Sunt au
tem omnes muse inuentrices. Nam hoc nomen musa s̃m alios dr̃ a mosios. i. ab indagatione
vel inquisitione. s̃3 alios a myein qd̃ est docere. ¶ Clio interp̃tatur gloria: dicitur enim cleos
gloria apud grecos. hec hystoriam inuenit: vnde multum glorie ⁊ scribentibus: ⁊ ijs de qui- Clio
bus scribunt nasci solet. Cadmus aũt thebanorum rex primus hystoriam scripsisse s̃m Pliniũ
fertur: sed non sine musa. i. inuentione ⁊ glorie cupiditate. ¶ Melpomene tragediam inuenis
se dr̃: que magno eiulatu agi solebat. Melpo autem idem est ꝙ canto. ¶ Thalia dicitur a tha Melpome
lein qd̃ est florere: ĩuenitq3 comediam veterẽ q̃ satyrarum more lasciuis versibus constabat. ne
¶ Euterpe: ab eu quod est bonum: boni soni ⁊ tybiaru3 inuentrix dicitur. ¶ Terpsicore a dele Thalia
ctando nomen sumpsit. nam terponie dicitur delector. inuenit autem citharam cum choreis Euterpe
⁊ saltationibus. ¶ Eratho ab amore quem erota greci vocant s̃m quosdam deducitur: inue- Terpsicore
nitq3 geometriam: ⁊ plausibus gaudet. ¶ Calliope dicitur pulchra vox: ĩuenitq3 heroicu3 car- Eratho
mẽ. ¶ Urania dicitur ab vrano: idest celo ⁊ astrologia3 inuenisse dicitur. ¶ Polymnia ante3 a Calliope
multa memoria nomen sumpsit: vel a multa laude. Nam poly multũ ⁊ hymnos laus dicitur. Urania
⁊ rhetoricam inuenisse a marone dicitur. Ut autem laudinus recitat. Anaximander Lampsa Polymnia
cenus ⁊ Xenophanes Heracleopolites dicunt poetas esse ĩ tutela apollinis (qui lyra canit)
⁊ nouem musarum in quarum medio ipse residet. Per apollinẽ autem hũanam vocẽ ĩtelligũt

Liber primus Prosa prima.

que nouē instrumentis perficitur. Hec aūt fulgentio teste intelligunt: quattuor anteriores dē tes quoꝝ siquis desit sibilus ⁊ non plena vox ex ore prouenit. itē duo labia: septimum est lingua. octauum palatū: qđ greci vranion vocant: quoniam fit ad formā celi: celū aūt vranos appellatur: qua ex re octaua musa dicitur vrania. Nonū instrumentū est gutturis profunditas per quam spiritus egreditur. Plato aūt ille diuinus phs ponit quattuor furoris genera: inter que ponitur poeticus furor: quem a musis prouenire demonstrat. Musas aūt appellat celestiuꝫ spherarū cantus. Nam in libro de republica singulis spheris singulas syrenas appositas dicit: motum ipsum spherarum ac sonum qui inde fit significans. Quapropter octo spheras octo musas: ac per illarum concentū nouā ponit quam (quoniam hermonia vna est ex omnibus suauissime composita) excellentissimam dicit hesiodus. Ergo poesis a diuino furore: furor a musis: muse a ioue eodem platone teste proueniunt. Accedit ad hanc opinionem ꝙ phebum. i. solem qui medius planetarum est in medio musarum ponunt. Unde illud virgilianum In medio residens complectitur omnia phebus. Qui quidem Uirgilius attestatur musas iouis filias cum dicit. Adeste muse maximi proles iouis ⁊c. Alcineon autem ⁊ nonnulli alij eas celi ⁊ terre filias dicunt. Theodōtius vero thespie ⁊ mēnonis filias esse vult. Diodorus addit musas fuisse octo puellas: quas osyris orbem peragrans in exercitu duxit: eo ꝙ cantu et alijs disciplinis essent insignes. Alio etiam loco scribit musas a patre ioue litteras ⁊ versuum compositionem. i. poeticen doctas esse. Uarro romanorum doctissimus qui easdē ⁊ musas ⁊ nymphas appellat: tres dūtaxat ponit musas. Unam que ex aque nascitur motu. Alteram que ex aeris percussi sono. Tertiam que mera tm̄ voce consistit. Patet ergo per fictionem poeticam aut rem hystoricam: aut diuinā aut naturalē intelligi oportere: quam qui non capiunt falsitatis criminantur immeritos poetas. ¶ Sciendum tamen triplex esse poetarum institutum iuxta Horatium in de arte poetica. Aut prodesse volunt aut delectare poete: aut simul et iocunda ⁊ ydonea dicere vite. Alij enim duntaxat delectationis gratia versus edunt: alij solius vtilitatis ⁊ bone doctrine gratia. alij propter vtrunqꝫ. Primis dantur poetice muse. secūdis et tertijs etiam philosophice. Bone enim doctrine ⁊ morum institutiones ex philosophicis accipiebantur. Quia ergo Boetius (hoc est per eum significatus) non opus habebat musis delectationem inanem causantibus: sed veram consolationem ex magnanimitate ⁊ sapientia generantibus: ideo philosophia expulsis poeticis musis: suis. i. philosophicis musis eū curandum dicit. Uocat autem poeticas musas eas dico que ad solam delectationem faciunt meretriculas ⁊ syrenas eo ꝙ more earum animos illiciunt. Syrenes a greco verbo herein mutata aspiratione in s litteram deduci constat. Est autem herein connectere ⁊ retinere. Fuerunt vt poete dicunt tres acheloi fluminis filie ex calliope musa. He insulas quasdam iuxta pelorum inter siciliam ⁊ italiam habitasse scribuntur. Quod Ouidius etiam tetigit in. xiiij. methamorphoseos duꝫ enee transitum describens inquit. Terrasqꝫ calenti Sulfure fumatas acheloiodumqꝫ reliquit Sirenum scopulos. Harum vna voce (teste Seruio super. v. Eneid. circa finem) alia tibijs. alia lyra canebat. Sed tanta dulcedine cantus transeuntes nautas afficiebant: vt sopirentur: quos cum sopitos persentiscerent submergebant ⁊ deuorabant. Quare cum iuxta illas transiturus esset vlyxes: admonitus a Circe sociorum aures cera obturauit: ⁊ ipse se ad nauis maluꝫ ligari iussit: atqꝫ sic quoqꝫ transiuit illesus. Quod ille grauiter ferentes ⁊ ira succense atqꝫ dolore commote se precipitauerunt in fluctus: quod Juuenalis tetigit: apud quem dixit neuola. Nam cum pro me fortuna rogatur Affigit ceras illa de naue petitas. Que siculos cantus effugit remige surdo. Dicuntur autem tres fuisse. Parthenope a q̄ ciuitas illa que nūc neapolis: idest noua ciuitas dicitur denominata est cuꝫ illic sepulta esseꝫ Jtem leucosia ⁊ ligia. Multa de his Claudianus: et Uirgilius opusculum etiam confecit: sed potissimum Homerus in. xij. Odyssee. vbi syrenes dulcissimum cantum habent: cuius sensus est. Huc ades inclite vlixe: magna achiuorum gloria: hic nauem siste: vt nostram vocem audias. Nemo enim vnqꝫ hac iter fecit: quin nostri cantus suauitate demulceretur: qua oblectatus et plura doctus a nobis dimittitur a nobis. Haud enim nos fugit quid apud magnaꝫ troiam greci simul ⁊ troiani deorum voluntate gesserunt. Scimus preterea quicquid in alma terra agitur ⁊c. Hec verba suauibus quoqꝫ carminibus Cicero transtulit: quorum primum est. O decus argolicum quin puppim flectis vlixe. Non opus est dicere Syrenes etiam dici apes imperfectas et inutiles. Jtem volucres in india esse quarum cantu homines mulceantur:

Poetarum officium

Deducta a grecis.

Syrenes

Liber primus Prosa prima.

quos sõno grauatos lacerẽt. Sic etẽ singula q̃ de hoc vocabulo legeri trãscribere velim ni-
mis prolixus eẽm. Certũ est aũt ꝙ scribit in ꝑma syllaba y i nostrũ et lõgũ q: grece hꝫ ei dip-
thõgon. dicit̃ hec siren huiꝰ sirenis. In actõ hanc sirena nõ sirenẽ: et in pl'i has sirenas quia
in actõ plurali noĩs tertie declinationis ab actõ singulari in a habetur frequens actiuus ĩ as
ab em es et ab im is. Quia etiã obliqui greci sepe in noĩatiuos latinos trãseũt: vt delphines
arabus. elephantus. a genitiuis horum nominum delphin arabs elephas mutando os in vs
Ideo ab accusatiuo serena fit etiam nominatiuus hec serena huius serene: sicut ab accusati-
uo hanc cassida: fit hec cassida ⁊c. Deiecit humi mestior vultum. Simile loquendi genus non — Humi
passim inuenies: ponitur enim genitiuus humi pro eo qđ est in humum vel ad humum: vo-
luntq; ob id nonnulli grammatici genitiuum humi ita posse construi. Mestior a mestus de
ducitur. Circa qđ vocabulum aduerte secundum laurentium de valla: comparatiuum nomen — De compa-
semper plus significare de forma in qua fit comparatio q̃ꝫ absolutum seu positiuuꝫ: vt iunior — ratiuis.
licet minus habeat annorum' q̃ꝫ is quem iuuenem appellamus. habet tamen plus de iuueni-
tate si ita dicam: et minor plus de paruitate q̃ꝫ paruus licet minus de magnitudine. Verun-
tamen non te fugiat puer: comparatiuum nomen apud ydoneos auctores sepenumero posi-
tum esse per quandam temperationem ⁊ immunitionem significationis seu per se seu gratia
subintellecti. Modestus enim et summissus appellamus hominem iracundiorem q̃ꝫ iracun-
dum: liberiorem q̃ꝫ liberum. Sic et tristior (Seruio teste) est ideꝫ qđ subtristis: hoc est modo
plane tristis: et mestior hic: non admodum mestus: sed tamen aliquanto mestior q̃ꝫ deceat ãt
q̃ꝫ soleat. Unde subaudiende mihi videntur huiusmodi particule. Mestior supple aliquando
vel paulo q̃ꝫ decens. aut iustum. aut honestum. aut equum. aut operepretium. aut solitus sit.
et ita in consimilibus. In extrema lectuli parte consedit. hoc verbum compositum potius pu- — Confido
tem. a con: et sido q̃ꝫ sedeo. Quia considere proprie est sedem post motum et migrationem ca-
pere. quia ergo desuper venerat recte considere dicitur. sicut prime Eneiđ. Vultis et his me-
cum pariter considere regnis. Nec moueant qui dicunt sido non habere preteritum. id enim
vt laurentius recte probat: non recte dicunt. Nam sedi facit sicut et sedeo. Cetera aperta sũt
Ordo talis est. Dum ego tacitus id est tacens (vtrumq; significat et actiue et passiue: actiue — Cõstructio
hoc loco: passiue apud Senecam Quod tacitum esse vis nemini dixeris: et sexto eneiđ. Quis — Tacitus
te magne cato tacitum ⁊c.) reputarem mecum id est recogitarem et animo voluerem h': id ẽ
huiusmodi carmina: et designarem seu assignarem et committerem officio stili idest illius in-
strumenti quo olim in ceratis tabulis scribebant: querimoniam lachrymabilem: mulier vul-
tus admodum reuerendi et oculis ardentibus et perspicacibus id est perfecte et ad intima vi
dentibus et penetrantibus vltra communem id est vulgarem valentiam id est potentiam ho-
¶ Sz si ꝓbas fuerit nepharios homines q̃ bonoꝝ ⁊c. Hic boe. inuehitur cõtra senatũ q̃ consensit ĩ suam condẽnationem tangẽdo suã beniuolentiã quã habuit ad eos: Et dicit. si ꝓbas fuerit: idest ponamus ꝓbas esse nepharios homines: idest malos homines: qui omnium bonorum ⁊ totius senatus scilicet consulatus romane ciuitatis petunt: idest desiderant sanguinem. i. mortem: nos etiam voluisse ire perditã. i. ꝑdendũ q̃s viderant ꝓpugnare bonis hoĩb⁹ q₃ pro et senatui. sz nũ. i. nunquid nos idẽ sc₃ vt vellẽt nos ꝑditũ ire merebamur de patrib⁹. i. de senatorib⁹. q. d. non: sz o ꝓhia meministi vt opinor qm̃ me dicturũ. i. volentẽ dicere q̃d. i. aliq̃d ve pro vel facturũ: ipa semꝑ presens supple exñs dirigebas. i. regebas: g̃ nec ṽbis nec factis offẽdi senatũ. meministi inq̃ ꝓhia verone. i. apd̃ veronã ciuitatẽ cu₃ rex Theodoric⁹ auidius exñs cõis exitij. i. tormẽti senatoꝝ cũ crimẽ lese maiestatis delatũ in Albinũ ipse rex moliretur. i. laboraret transferre illud crimẽ ad totũ senatũ: quãta securitate. i. tutela mei periculi defenderĩ. i. liberauerĩ₃ innocẽtiã vniuersi senat⁹. i. toti⁹ ɔsulat⁹. O ꝓhia tu scis me ꝓferre. i. ꝓloqui vera ⁊ nunq̃ me iactasse in vlla mei laude: enĩ ꝓ q: minuit quodãmodo secretum ɔscie ꝓbantis. i. laudãtis se q̃tiens quis ostendendo. i. manifestando factũ recipit precium fame. i. mercedẽ laudis ab hoĩbus. sed tu ꝓhia vides q̃s euentus exceperit. i. liberauerit nostra₃ innocentiam: nos subimus. i. sustinemus penas falsi sceleris. i. false nobis impositi pro p̃mijs vere ṽtutis. ¶ Nota ſm Sene. dolor duplicat̃ cũ ab eo a q̃ donũ merueras malũ venit. Cum igit̃ Boe. oẽm beniuolẽtiam exhibuerit senatoribus grauius doluit de sua offensiõe. ¶ No. ĩ ciuitate verona cũ Albinus esset accusatus de graui crimine ita vt diceretur reus lese maiestatis: illud crimen rex Theodo. voluit transferre ad totum senatum: et ipsum damnare: sz Bo. exponens se periculis senatum liberauit. ¶ Item no. q̃ secretum conscientie est virtus que innuitur cum aliquid virtuose operatur iactando se vt consequatur famam ⁊ laudem populi. vnde Sene. conscientiam potius q̃ famam attende. Et dicit Macrobius. Sapiens gloriam suam in conscientia ponit: stultus autem in laude humana. vnde dicit Isidorus. Qui aliquod donũ a deo largitum in laudem suam conuertit: procuídubio virtutem in vitiũ transire facit. Secretum ɔscientie

Liber primus Prosa quarta.

¶ Et cuius vnq̄ facinoris. Hic Boe. ostendit se perturbatum ex iudicũ seueritate ꝛ inflexibilitate di. Cui⁹ vnq̄ facinoris .i. peccati manifesta confessio .i. cui⁹ vnq̄ hoīs peccatũ manifestũ habuit iudices ita concordes in seueritate: vt nō aliquos eorum vel ipse error humani ingenij summitteret .i. flecteret ad misericordiam: vel conditio fortune .i. euẽtus fortuitus existẽs īcerta cunctis mortalibus sup. hominibus summitteret aliquos eoꝝ. si diceremꝰ voluisse inflāmare: idest incendere sacras edes idest ecclesias: ꝛ si nos diceremur iugulare: idest punire sacerdotes impio gladio: tamẽ pro sed sententia: idest iudicium damnasset me presentem conuictum et confessum crimen: sed nos procul moti: idest absentes quingentis milib⁹ passuum ꝛ indefensi ob propensi⁹ studium .i. propter studium intensius nos damnamur .i. adiudicamur in senatum morti ꝗ pro et ꝓscriptioni. Et tunc exclamat dicẽs O meritos .i. dignos vel beatos iudicio neminem posse conuinci de simili crimine sicut nec ego iuste conuictus suz: cuius reatus .i. criminis dignitatem .i. innocentiam ipsi etiam viderunt: idest cognouerunt qui detulere .i. accusauerunt me.

Mot⁹ ad miam

¶ Nota ꝙ iudices q̄n ꝗ mouentur ad misericordiaz duplici de causa. primo modo propter amorem humani ingenij: qꝛ humanum ingeniuz sepe fallitur in iudicio: quia ignorat vtrum aliquando iuste de re sentiat vł non ꝛ timens deum ne iniuste iudicet mouetur ad misericordiam parcẽdo reo. Secundo iudices mouentur ad misericordiam propter euẽtum fortune qui incertus est hoībus. quod enim iudex in alio damnat sibi facile per fortunam euenit: et illud deberet recordari: sed nulla illarum causaruz mouit iudices ad miserandum Boe. sed concorditer ipsum damnabant.

Damnād⁹ sit presens

¶ Nota ꝙ nullus debet damnari etiam pro crimine quantũcunq̄ enormi: nisi sit presens conuictus vel crimen in iudicio confessus. Boe. autem cum damnaretur non erat conuictus nec crimẽ confessus: ꝛ erat absens quia in studio atheniensi: ergo iniuste erat damnatus. ¶ No. ꝙ Boe. cum damnaretur distabat a loco iudicij quingentis milibus passuum ꝛ cum mille passus faciunt vnũ miliare: ideo bene distabat ad quingẽta miliaria.

Proscriptio

¶ No. ꝙ Boetius damnatus fuit proscriptioni. Huguitio dicit proscriptio est iudicialis sententia lata contra aliquem cuius nomen pro scelere de scriptura tabule enee delebatur. Consuetudo enim romana fuit ꝙ nomina senatorum quorum consilio vrbs Romana regebatur aureis litteris in tabula enea scribebantur. Unde ꝛ patres conscripti dicebantur: ꝛ dicitur proscriptus quasi procul a scriptura positus: sic Boe. erat proscriptus quia nomen suum deletum fuit de tabula enea. ¶ Quam vti alicui⁹ sceleris. Hic Boeti. expurgat se de quibusdam obiectis. Secundo ostendit vnde sumpta fuit ratio obiectionis. secunda ibi. Sed nephas. ¶ Nota Boe. obijciebatur ꝙ ipse vsus arte nigromantia sacrificaret demonibus pro dignitatibus acquirendis. De hoc Boe. excusat se dicens. Quam sup. meam dignitatem vti pro vt obfuscarent: idest denigrarent admixtione ali-

¶ Et cuius vnq̄ facinoris manifesta confessio ita iudices habuit in seueritate concordes vt non aliquos vel ipse ingenij error humani: vel fortune conditio cũctis mortalibus incerta summitteret. Si inflammare sacras edes voluissem: si sacerdotes impio iugulare gladio: si bonis hominibus necem struxisse diceremur: presentem tamen sententia confessum ꝛ conuictuz me punisset. Nunc vero quingentis fere passuũ milibus procul moti: atq̄ indefensi: ob studium propensius in senatuz morti ꝓscriptioniq̄ damnamur. O meritos de simili crimine neminẽ posse cōuici. Cui⁹ dignitatẽ reatus ipsi etiā qui detulere viderunt. ¶ Quā vti alicui⁹ sceleris admixtione fuscarẽt: ob ambitum dignitatꝭ sacrilegio me conscientiā meam polluisse mẽtiti sũt. Atqui ꝛ tu īsita nobis

cuius sceleris mentiti sunt meã polluisse conscientiaꝫ sacrilegio.i.demonũ obsequio ob ambitũ:idest ꝓpter cupiditateꝫ dignitatis acquirende.atqui pro certe tu insita:idest inserta nobis pellebas de sede:idest de loco cupiditatẽ omniũ reruꝫ mortaliuꝫ:⁊ sub tuis oculis nõ erat phas esse locuꝫ sacrilegio:idest cultui demonuꝫ:ꝙ pro et tu instillabas auribus ⁊ cogitationibus meis illud pithagoricum deo non diis seruienduꝫ:nec cõueniebat me captare:idest optare presidia:idest auxilia vilissimoruꝫ spirituuꝫ:idest demonuꝫ quẽ tu componebas:idest locabas in hanc excellentiam vt consimilem deo faceres. Preterea innocens penetral:idest vxor domus mee: cetus.i.multitudo honestissimorum amicorum ⁊ socer Symachꝰ sanctus ⁊ eque reuerendꝰ ipso actu defendunt me ab omni suspitione hmõi criminis.¶ No.ꝙ cõsuetudo inuidoꝝ est cum nõ possunt alicui suam ꝓbitatem auferre:nituntur ipsam saltem aliquo vitio denigrare:⁊ sic fama Boetii denigrata fuit vitio sacrilegii.

omnem reruꝫ mortaliũ cupiditatem de nostri aĩmi sede pellebas:⁊ sub tuis ocl'is sacrilegio phas locũ esse nõ erat.Instillabas eñi auribus cogitationibusq₃ quotidie meis Pithagoricũ illud Enoy he:id est ꝙ est deo ⁊ nõ diis seruiendum:nec ꝯueniebat vilissimoꝝ me presidia spirituum captare quẽ tu in hanc excellentiaꝫ cõponebas vt ꝯsimilẽ deo faceres. Preterea penetral innocẽs domꝰ. Honestissimoꝝ cetus amicoꝝ.socer Symachꝰ etiã sanctꝰ ⁊ eque actu ipo reuerendꝰ:ab oĩ nos crimĩs huiꝰ suspitiõe defẽdũt.¶ Sꝫ o nephas.Illi vo de te tãti criminis capiũt fideꝫ:atq₃ hoc ipso videmur affines fuisse maleficio:q₂ tuis ĩstituti moribꝰ ĩbutiq₃ disciplinis sumꝰ.Itaq₃ ñ ẽ satꝭ nihil mihi ꝓfuisse tuã reuerẽtiã:nisi vltro tu potiꝰ mea offensione lacereris. Atvero hic etiã nr̃is malis

¶ Nota ꝙ sacrilegiuꝫ est sacre rei furtuꝫ:⁊ ponit̃ sacrilegus pro homine scelerato.etiam sacrilegiuꝫ est cultura demonum siue idolorum.Inde sacrilegus.i.idolatra.⁊ sic capitur in proposito.¶ Nota ꝙ ambitus media ꝓducta est cupiditas honoris. Sed ambitꝰ media correpta est circuitus:⁊ ꝑmo modo accipit̃ hic. Ambitus

¶ Nota ꝙ phia repellit omnem cupiditatem honoꝝ exteriorum:quod scribitur ĩ primo libro de plantis ꝙ philosophia tria inducit.s. mentis illustrationem:felicitatis appetitum ⁊ moll'affluentie contemptum. Phia

¶ Nota philosophia facit hominem similem deo:non similitudine omnimoda sed participatiua:ita ꝙ homo participat aliquid conditionis diuine.s.intelligentie.Unde Seneca.hoc mihi philosophia promittit ꝙ me parem deo reddit.⁊ alibi dicit.vir speculatiuus est quasi deus in humano corpore hospitatus. Phia ¶ Nota sacrilegium non habet locum sub oculis philosophie: quia philosophia per se omnia agenda ⁊ facienda ornatissime disponit ⁊ non permittit hominem ad vana declinare:quia dicit Tullius in libro de finibus bonorum ⁊ malorum. philosophia a superstitione liberat:metu mortis non conturbat.⁊ est superstitio vana religio ⁊ idolorum cultura.¶ Nota penetral est secreta camera vel locus secretus interior in domo vel in tẽplo vbi reponuntur dinodia vel aliqua alia:⁊ ponitur hic pro vxore Boe. per metaphoram ponendo continens pro contento:quia ipsa consueuit morari in penetrali. Penetral ¶ No.ꝙ Symachus fuit quidam nobilis romanus et socer Boe.cuius Boetius filiaꝫ duxerat nomine Elphe:qui Symachus non fuit tantum sanctus interius affectu sed etiam reuerendus in exteriori actu,sicut dicit Boetius.¶ Sed o nephas. Hic Boetius ostendit vnde fuerit ratio sumpta obiecti criminis:quia ex ipsa philosophia cui deditus erat.vnde dicit exclamando.o nephas ipsi mali capiunt fideꝫ criminis de te o philosophia.et propter hoc videbimur fuisse affines maleficio sacrilegii:quia nos sumus imbuti:idest instructi tuis disciplinis:idest doctrinis:⁊ sumꝰ instituti:idest informati tuis moribus:ita non est satis tuam reuerentiam nihil

mihi profuisse nisi vltro.i.sponte tu potius lacereris ab illis mea offensione. hoc dicit Boetius pro tanto quia iniuriati sunt sibi propter philosophiam: ideo magis iniuriati sunt philosophie q̃ sibi. ¶ No. quando Boe. vacabat studio fugiebat consortia stultorum ⁊ q̃rebat secreta loca propter studium: ideo putabant ipsum loqui cum demonibus ⁊ eis sacrificare. Itē quia Boetius fere omnia que volebat sua sapientia faciebat: ideo putabant eum demonem habere familiarem sibi obsequentem: sicut Apulegius opinat⁹ est de Socrate q̃ haberet familiarē deum: de quo fecit librum quem intitulauit de deo socratis. ¶ At vero hic etiã nostris. Hic Boetius ostendit se esse perturbatũ ex fame sue lesione dicens. Hic cumulus.i.augmentatio accedit nr̃is malis: q̃ estimatio.i.iudiciũ plurimorum.i. vulgariũ non spectat i.nō respicit merita rerũ sicut bō meretur: sꝫ spectat euentũ fortune.i.iudicat hoīem ſm q̃ fortuna se habet circa ipsum. ⁊ tm̃ iudicat vulgus esse ꝓuisa deo q̃ cōmēdauerit felicitas.i.prospera fortuna quo fit.i.ex quo sequitur vt estimatio bona deserat infelices. vñ me piget.i.tedꝫ reminisci q̃ nunc sint rumores populi de me: ⁊ q̃ multiplices q̃ꝫ pro et dissone.i. discordes sententie sint de me. nam quidam dicunt me reum esse pridem non hoc tm̃ dixerim.i. volui dixisse vtinam esse sarcinã.i.grauissimũ pond⁹ aduerse fortune: q̃ dũ aliqd̃ crimen affigitur.i. imponit̃ miseris.i.infelicib⁹: ipsi credũtur meruisse supple illa que ipi miseri ꝑferunt.i.patiuntur. Et ego bonis omnibus pulsus: q̃ in exilium relegatus: ⁊ exutus dignitatibus: q̃ dãnatione proscript⁹: ⁊ fedatus.i.maculatus estimatione: ego q̃ prius virtute honest⁹ reputabar nunc scelere deformis reputor: ⁊ tuli.i.recepi supplicium.i.penam ob beneficium.i.ꝓpter beneficium. ¶ Nota q̃ vulgares non iudicant ſm merita rerum vtrum bō mereatur aliquid vel non: sed iudicãt ſꝫ euentum fortune. Unde hominem bene fortunatum iudicant felicem: male fortunatum iudicant miserum: sed tale iudicium falsum est. vñ dicit Sene. xlv. epl̃a. Non felicẽ hunc estimas quem vulgus appellat felicem: ad quem pecunia confluit: sed illum qui omne bonum in animo est erectum et extensum. Item bona estimatio deserit infelices: quia primum malum qđ infelices incurrunt est q̃ vulgus male de ipsis opinatur. credit enim vulgus ea que miseri patiuntur q̃ ex merito talia patiantur. ¶ Uidere autem videor. Hic Boetius ostendit se esse ꝑturbatum ex his que vidit in mundo generaliter: scilicet bonos deprimi et malos extolli: dicens. Ego videor videre: idest cognoscere nephärias officinas: ided malas societates sceleratorum hominum fluitantes gaudio q̃ꝫ pro et leticia: et quemq̃ꝫ perditissimum: idest pessimũ imminentem: idest insistentem nouis fraudibus delationum: idest accusationũ. et video bonos iacere prostratos: idest depressos terrore nostri discriminie. et etiam video quemq̃ꝫ flagitiosum: idest prauum hominem incitari ad audendum: idest ad presumendum facinus: idest peccatum impunitate: idest sine pena: vero pro sed incitari premijs ad efficiendum: idest ad ꝑpetrandum facinus: idest peccatum. autem pro sed ego videor insontes: idest innocentes nō

cumul⁹ accedit: q̃ estiatio plurimoꝝ n̄ reꝝ merita: sꝫ fortũe spectat euētũ: eaq̃ꝫ tm̃ iudicat eē ꝓuisa q̃ felicitas ꝯmēdauerit. Quo fit vt estiatio bona prima omniũ deserat infelices. Qui nũc populi rumores q̃ dissone, multiplicesq̃ꝫ sētentie: piget reminisci. Hoc tm̃ dixerĩ ego vtinam esse aduerse fortune sarcinam: q̃ dũ miseris aliquod crimē affigitur: que ꝑferũt meruisse credũtur. Et ego siquidem bonis oībus pulsus: dignitatibus exutus: estimatione fedat⁹: ob beneficium pertuli suppliciũ. ¶ Uidere autē videor nepharias sceleratoꝝ officinas gaudio leticiaq̃ꝫ fluitãtes: ꝑditissimũ quēq̃ꝫ nouis delationũ fraudibus imminentē: iacere bonos nostri discriminis terrore ꝓstratos: flagitiosũ quēq̃ꝫ ad audendum quidem facinus impuni-

Iudicium vulgi

Liber primus Prosa quarta.

modo id est non tantum priuatos securitate: verumetiam defensione. Itaqꝫ pro ergo libet id est placet mihi exclamare ad deum celi quare talia permittat in mundo vt mali exaltentur et boni deprimantur. ¶ Nota ꝙ Boetio qui erat turbate mentis ⁊ in statu miserie videbatur ꝙ mali in hoc mundo essent potentes ⁊ viuerent impuniti: boni autem impotentes et viuerent irremunerati. sed philosophia in quarto huius ipsuz cõsolando probat malos semper esse īpotentes ⁊ bonos esse potentes: ⁊ malis nūꝗ͂ deesse sua supplicia bonis nūꝗ͂ sua p̄mia. ¶ No. ꝙ officine dicuntur domus officialium vbi reponuntur ea que ad ipsos spectant: et ad eorum officia. sicut sūt celaria ⁊ granaria ⁊ alia hmōi. h aūt accipiūtur officine ꝑ ꝯgregatōe maloꝝ. ⁊ dr̄ ab officio officis quod ē noceo ces.

tate: ad efficiēdū vero p̄mijs incitari. insontes aūt nō modo securitate: veꝝ ipsa etiā defensione priuatos. Itaqꝫ libꝫ exclamare ad deū celi.

Entis ne (inquit) h̃. In hac quarta prosa Boetius vnū de principalibus intentis suis plene prosequitur. Quia se ab obiectis criminibus purgat: non solum se innocētem demonstrans: sed etiam de omnibus bonis deqꝫ republica ꝙ͂ optime meritum. Ascen.
Vtitur autem sermone diserto et eleganti. Et quotiens philosophia loquitur: semper (si animaduerterimus) philosophicum aliquid atqꝫ eruditionis plenum deprehenderemus: quod semel admonuisse satis sit diligentioribus: cum tardiusculis nihil satis fit. Nota
In primis ergo verbis significat philosophia duas alicuiꝰ percipiēdi vias: quaruz altera fit per sensum altera per illapsuz. Vie pcipiēdi
Prima est omnibus animantibus: tam hominibus ꝙ͂ beluis communis: secunda hominibus fere propria. Habet tamen etiam in prima homo quandam preeminentiaz: quia per eam ad secundam peruenit: qđ ceteris animalibus non datur. Qđ si senserit duntaxat: nec ꝑceperit: iam stolidus fuerit: pecoris similibus. vnde ille simo Terentianus in andria. ha vix tādem sensi stolidus. Nos siquidem per visum et auditum rem perceptam postea animo disquirimus et per rationis discursum iudicamus: pecora autem magis per rudiorem sensum hoc ē per tactum impelluntur: nec disquirunt ratione. vnde stolida dicuntur. Percipiunt tamen vtcunqꝫ per sensum. Per illapsum autem solus homo rem ignotam apprehendit: aut diuina inspiratione: aut angelico ministerio. Quod pulchre innuitur eneidos tertio vnde hic locus sūptus est: cum dicit eneas ad apollinem. da pater augurium atqꝫ animis illabere nostris. Dicit ergo philosophia: sentis ne hec hoc est percipis ne via sensus que est humana: atqꝫ illabuntur ne hec animo tuo: hoc est percipis ne occulta inspiratione diuina. An es asinus ad lyraz: hoc est totus stolidus: sonum quidem et crepitum verborum audiens sed sensa non intelligens: sicut nec asinus sonitu lyre quem non intelligit delectatur. Tantum autem abfuit vt boetius consolationem seueriorem in superiori carmine positum admittat: vt a lachrymis se continere non queat: qđ verbis philosophie significatur cum subdit. Quid fles? quid lachrymis manas? deinde subiungit grece qđ reperire non potui: sed ita interpretatur Confitere mihi ne occultes: qđ quia blandius sonat grece protulit. Solent enim blandientes grecis vti locutionibus: vt satis indicat iuuenalis satyra sexta. Quotiens lasciuuz interuenit illud Zoe ire sti che. hoc est vita et anime mi. Grecorum blanditie
Si operam medicantis ⁊c. verbum Boetio. i. viro catholico et seuero dignum: quo animorum morbi aptissime curant̃. Facies loci. imitatio (vt opinor) virgiliana: qui quinto eneiđ. ait. quibus aspera quondam visa maris facies. Est enim facies aliquando tota rei effigies seu species que in facie maxime discernitur. Differtqꝫ a vultu: eo ꝙ vultus voluntatem indicat: facies naturalem protractionem. vnde vultus sepe mutatur etiā exemplo facies lente et raro. Facies Vultus
Bibliotheca est librorum repositorium quam vulgo librariam vocant. Theca enim est armarium seu repositorium cuiuslibet rei: et cum varijs componitur. vt cum biblio. biblion autem grece: latine dicitur liber: eo ꝙ (vt quidam volunt) in iunco maxime papiri quem biblum vocant olim scribebatur: ob qđ latine liber dicitur: quia in libro h est interiore arborum cortice scribebatur. Item compositum legitur chirotheca: quia chir chiros manus dicitur apud grecos: et cum alijs multis. Bibliotheca
Apte differebas. differo in presenti et p̄terito ꝑ geminū ff scribit̃: ⁊ tn̄ disertꝰ ta. tū. vnū f abijcit ⁊ p̄mā syllabā corripit. vt notū ē. Talis habitꝰ talisqꝫ vultꝰ erat? q. d. mīme. Atqꝫ ita paulatī a loci feditate ad abiectionē sui progredit̃. Syderū vias radio describeres: sic̄ ī buco. virg. Descripsit radio totū q̄ gētibꝰ orbem.
Exemplar vt dicit Festus est ex quo simile faciamus. Exemplum qđ sequamur aut vitemus. Exemplar

Verūtñ laurentius vallensis hō nimiū argutissimus prolixe et diserte de hui⁹ vocabuli signifi
Exemplum | catione disputat: diciꝗ exemplar eē ipā rem continētem: et exemplū rē contētā in ea: quā
aut imitarunt: aut si sors ita tulerit deuitamus in aliquo. Ut in catone sumit̃ exemplū: et ipe
cato est exemplar. Qd̄ si dicamus (inquit) ad exemplar catonis: sic intelligit̃ ad exemplar qd̄
ē cato. Quod ergo vulgo (sed inepte) dicit̃ copia: latine dicet̃ exemplar. Suntꝗ exemplaria
sepe multa vnius exempli. i. forme et protractionis ad cui⁹ sil̃itudinē fiunt exemplaria. lectū
Exēplar iū | ꝗ est etiā h̄ exemplariū: cui⁹ gtūs pluralis Exemplariorū frequens est. Hic ergo ponit̃ conti
nēs pro cōtento cū dicit̃. Ad celestis ordinis exemplar formares. i. ad ordinē qui est exēplar:
vel ad exemplū ordinis celestis: nisi accepis vt festus accipit. ¶ Atqui hanc sententiā plato-
nis ore. i. p os platonis sanxisti. Magnū testimoniū pbibet platoni: quē quicquid dixerit phi
losophiā ipsā dixisse attestat̃. Sancire aūt hic apte posuit. Nā legislatoris est. Unde vlpian⁹
Sanctū eē scribit qd̄ nec sacrū nec prophanū est: sed sanctione quadā cōfirmatū: vt sancte sūt
Sanctum | leges hoc ē sanctione quadā subnixe. Est ergo sancire: legē quam sanctā eē volum⁹ condē et
ferre. Sanxisti ergo. i. sancte ptulisti platonis ore beatā ꝛc. facit aūt preteritū sanxi et inde
Sancio | fit supinū sanctū: aut sanciui. et inde sancitū. Capessunde reipublice. Gerundia et pticipia in
Gerundia | dus a tertia et quarta cōiugatione deducta sepe in vndus exeūt: vt faciundū capessundū. Est
aūt capesso: idē qd̄ captū eo: vel p generalē licentiā deriuatiuum pro primitiuo positum est.
Pernicies | Pernicies dicit̃ qd̄ pernecat. i. pfecte necat et destruit. Conscij estis. In partē bonā accipit̃
hic: sicut ibi. Et mens sibi ꝯscia recti. Inexorabile decomposite est figure. sumit̃ eīz a ꝯposito
Exoro | exorabile. qd̄ deductū ē a verbo exoro. Exoro autē ē orando impetro: vnde aliud ē orare aliud
Oro. | exorare: orat eñ quicūꝗ ore aliquid precat̃: exorat aūt q̄ oratū īpetrat. Sil̃iter audit quicūꝗ
loquentis verba percipit audiendo. exaudit aūt qui illius vota facit. vnde deus omnes audit
sꝫ nō omēs exaudit. Multi orāt qui nō exorāt. Inexorabile ergo ē quasi implacabile. Regie
domus prepositū. nō expones. i. regalis domus. Regiū eñ est quicquid ipsius regis propriū.
Regium / Regale | Regale aūt quicquid pre se fert pompā et luxū regalē hoc ē regi ꝯuenientem. vñ dom⁹ q̄cūꝗ
ampla et egregia possit dici regalis: sꝫ nō regia nisi sit ipsius regis. Interdū etiā dicit p se sine
Regia | adiectione huius dictionis domus. hec regia huius regie: et est idem qd̄ domus regia quam
Aula | greci Aulen seu alam vocant. vnde errant qui putant aulam esse eam partem domus quam
Barbari | galli salā vocāt. Barbarorūz auariciam. Barbari ab initio dicti sunt fictitio noīe: qui dure
aspere atꝗ incondite loquebantur: quocirca omnes lingue anomale. i. irregulares et indecli-
nabiles barbare dici possunt quales sunt omnes preter hebraicam que vix extat: grecam et
latinam: quamuis et he etiam vulgares barbaris simillimas habeant. Uerum quia dure et
inconcinne loquentes sepe immanes et efferos videmus huic barbaros vocamus omnes a
bonis moribus abhorrentes: et relicta humana benignitate ad beluinam feritatem tenden-
tes: quales sunt qui peculiari nomine barbari vocantur. Neꝗ vero greci et latini omnes non
barbari: aut preter eos ceteri omnes barbari hoc modo merito dicendi sunt. Per barbaros
ergo intelligit bonis moribus. bonis institutis. et humana pietate degenerantes. Prouīcia
Prouincia | dicitur a procul et vinco. vnde regio procul a ciuitate romana deuicta prouincia dicebatur. et
qui in ea residebant prouinciales. Ut autēz tales in fide manerent preficiebatur eis aliquis
ex magistratu romano: qui prouinciaz gerere dicebatur: qd̄ quia duruz erat et formidolosuz:
Colonia | huic qui rem duram aggressi erant duram se prouinciam aggressos dicebant. Colonia autem
erat quo romani colonos mittebant. Unde agrippina colonia adhuc hodie ad rhenum sita
Fortune | conspicitur. Fortune in plurali numero sunt diuitie et bona exteriora: latineꝗ eo vocabulo
Vectigal | vti possumus. Uectigal est qd̄ pro deuectis mercib⁹ fructibusue aut quacumꝗ alia re in publi
cum soluitur. Quamuis etiam ex priuato aliquando vectigal capitur. Quocirca videtur gene
rali vocabulo vectigal dici quicquid ex aliqua re accipitur āt redditur. Unde Cicero. Ex meo
tenui vectigal capio ego ducenta. vnde non frustra hic additum est publicis vectigalibus. In
explicabilis coemptio. Coemptio deducitur a verbo Coemo qd̄ est omnia simul emo. Et est
Coemptio | qñ quis vnam rem totam emit abs quo alij emere habeant: quod et monopolium dicitur: et
magnum reipublice detrimentum affert: eo ꝙ ad nutum quanti vult vendit cui data est co-
emptio. Ordo ergo et expositio illorum verborum Cum acerbo ꝛc. talis est. Cum. i. quando
grauis atꝗ inexplicabilis coemptio. i. omnium prouentuum et fructuum terre ab vno quo-
uis a fisco deputato emptio videtur esse profligatura seu conflictura: inopia per inopiam et
egestatem. campaniam. i. illam regionem italie et hoc tempore acerbe famis ꝛ inedie: tūc ego

suscepi:idest motus pietate accepi ratione cōmunis commodi non proprij certamen:idest cō certationem ⁊ litem aduersus prefectum pretorij:et contendi.i.litigaui rege cognoscente: et euici:idest obtinui ne talis coemptio exigeretur:idest expeteretur atrociter vł executioni mā daretur. Paulinum consularem:idest qui aliquando consulatum gessit vel maiores eius. Canes palatini:idest aulici quos propter impudentiam canes vocat. Sicut homerus inuerecūdos et impudentes caninum aspectum habere dicit:eo ꝙ sicut canis videns comedentē nunꝙ ab eo aspectum diuertit donec bolum obtineat:ita inuerecundi et impudentes exactores nunꝙ a diuite dimouentur donec fortunarum partem quam optant diripuerint. Timidos autem idem homerus ceruinum cor habere dicit. Est enim ceruis qui sane meticulosi sūt:cor magnum ⁊ latum:cuiusmodi etiam viri meticulosi habent. vt sepe expertus est. Satis ne:idest certe. Ne enim aliquando valet certe et scribitur diphthōgo. Est ꝙ greca particula. Quibus autem deferentibus perculsi sumus? Amara interrogatio est que plus reprehensionis habet ꝙ ea que maxima exprimitur. Quotiens enim tam vituperabile aliquid iudicamus vt verbis consequi nequeamus:vtimur eiusmodi interrogationibus. Et simile fit in laude vehementissima. Delator in hac significatione ē qui occultū crimen ad principem clam defert. ¶ Alieni autem eius nomine omne debitum pulchre et latine significari solet. Prima enim pecunia fiebat ex ere. Es preterea corinthium signis incisum in precio erat. Pecunie quoꝙ nomine omnes diuitie sepe accipiuntur. Regia censura. Judicium regis. Sacrarium edium defensione immunitate et priuilegio templorum. Edes enim in vtroꝙ numero pro templo accipitur cum adiectione aut adiectiui vt in ede sacra. aut nominis proprij eius cui dicate sunt:vt in ede Jouis aut diui stephani. Jn plurali autem dumtaxat numero significat etiam priuatam domum: vt apud Ciceronem Meas edes non prescribam. hec valla. Bene ergo adiecit autor noster sacrarum hoc loco vbi templum significat seu phanum. Templum enim contemplandi locꝰ est. Ecclesia autem contio fidelium ꝙuis abusiue pro continente hoc est pro templo poni soleat: habetꝙ preter opinionem multorum secundam syllabam longam. Compertum foret regi.i. rex comperisset. Sicut exploratum decretum deliberatum est mihi dicere solemus. Ut nisi infra prescriptum diem:idest constitutum et prefinitum. Aduerte autem infra raro apud latinos in huiusmodi significationem poni. Non enim dicendum est faciam hoc infra quindecim dies:sed intra quindecim dies. Hic ergo vel legendum est intra prescriptum diem:vel infra: idest ante prescriptum diem. Jtane:idest nunquid intantum puduit fortunam nihil:idest nullius rei. Jterum figurata ⁊ amara interrogatio. Si minus accusati innocentie. Si legatur innocentie in plurali numero facit hoc vel ad vitandum concursum eiusdem vocalis: qui esset dicendo:innocentia:at accusantium. vel ad expressionem multitudinis innocentie sue. Estꝙ zeugma ab inferiori:vel genitiui est casus cum verbo puduit. Hoc secundo modo ordo est. Si minus:idest non sup. puduit fortunam innocentie accusat hoc est innocentie mee qui accusatus sum. Estꝙ hoc loco pudor virtus qua a turpibus et ijs que vices nostris excedunt abstinemus. Primo autem modo sic. Si innocentie accusati minus:idest non supple fuerunt pudor at.idest saltem vilitas accusantium debuisset esse pudori:idest ad pudorem. At cuius criminis. Eadem interrogandi forma vitur. Summam queris.i.si queris que sit summa accusationum mearum hec est. Dicimur voluisse senatum esse saluum. Modum desideras subaudi si. Summa vocabulum est tractum ab ijs qui rationes ponunt calculis seu denarijs proiectilibus. Apud quos suprema (que ⁊ summa dicitur) computatio ceteras omnes continet. Unde summam vocamus sententiam paucis verbis omnia que diximus aut dicere debuimꝰ cōplectentem:vnde in epistolis nonnunꝙ adijcimus. Hec summa est ⁊c. Jnficiabimur ⁊c. Jnficias ire:est negare:quasi ire ad hoc vt non sit factum qđ factum esse dicitur. Uno autem vocabulo dicitur inficior inficiaris. Sum tibi pudori. verius et honestiꝰ dicitur ꝙ sum tibi pudor. Arguor accusor et reprehendor. vnde ineptiunt qui dicunt arguo tibi sic vbi dicant argumentor sic. A Caio cesare. Caius per C scribitur. vnde sepe C solum reperitur: profertur tamen Gaius. sicut ꝑm Seruium Amurca scribitur ⁊ amurga profertur. Similiter licurgus scribitur et ligurgus profertur. ¶ Quia in re non ita sensus nostros ⁊c. hoc dicit. Non mirandum esse si mali moliuntur ⁊ conantur contra bonos mala:sed ꝙ ea efficere possunt: monstro simile dicit. Nam deteriora velle ⁊c. ordo est. Nam velle deteriora:idest mala et iniqua fuerit fortasse nostri:idest humani defectus hoc est pertinuerit ad humanam imbecillitatem. Ut enim docet Augustinus in eo opusculo quod enchiridion appellauit: Jmbecillitatis et imper

Aspectꝰ caninus
Cor ceruinum
Jnterrogatio amara
Alienū es
Edes
Ecclesia
Jnfra
Summa
Jnficias ire
Jnficiari
Argui
Caius

fectionis est posse peccare aut velle peccare. Commune est autem omnibus viatoribus pos-
se pecccare. et velle mala facere. sed simile est monstro posse contra innocentiam que scelera
tus quisq; conceperit et hoc deo inspectante. Sceleratus quisq;: magis aptuz esset sceleratis
simus quisq; atq; ita scriptum fuisse opinari licet. Nam quisq; superlatiuum vult. Si deus ē
vnde mala. Hanc rem beatus Augustin⁹ in multis locis disputat: et precipue in opere de li-
Num bero arbitrio quod etiam vnde malum: inscribitur. Nos autem non theologicas: sed gram-
maticas recepimus inuestigationes. Num particula interrogatiua est: et negatiuam respon
Ipse sionem fere efflagitat. Ipsa semper dirigebas. Ipse apud latinos: et autos quod illi correspō
det apud grecos: trium sunt personarum: et indifferenter verbis cuiusuis persone preponun-
tur. Prime: vt in prima egloga. Et ipsum ludere que vellem calamo permisit agresti. Ipsum:
idest me. Secunde: vt sexto eneid. Ipsa canas: idest tu: et hac ipsa dirigebas nec opus est con
iungere pronomen tu. Tertie: vt in bucolicis. Pollio: et ipse facit noua carmina. Aduerte eti
am puer pronomen ipse connotare eminentiam et precisionem: vt quarto Eneid. Ioue mis-
sus ab ipso: idest precise a ioue qui et magnus est rex ipse: idest precise rex et nullus eo inferior
Iste Ille mihi dixit. Iste autem vtilitatem et contemptum indicat: vt quid petis istis: idest vilibus. Il-
le autem nobilitatem et maximam famam: vt alexander ille macedo. Ille: idest notissim⁹ om
nibus. Non opus est monuisse apud plautum et vetustiores lectum esse ipsas et ipsissimus.
Meminisse tamen velim pronomen hic et omnia aduerbia inde deducta: vt hic huc hac hinc
ad primam personam pertinere: vt hoc capud: idest meum. huc nemo venit: idest ad me. Iste
autem et ab eo deducta vt istic istac istoc istuc istinc ad secundam personam. Ille et inde deri
Hic Iste Ille uata: vt illic illuc illac illinc ad tertiam: idest ad rei motam tam ab ea que loquitur: q̄ ab ea
ad quam loquitur. Hec paucis dicta preceptores exemplis notificent. ¶ Quanta securitate pe
riculi mei. Male interpretatur qui dicit quanta securitate: idest quanta tutela. Si enim tute
Securitas la fuit Boetio: nullum fuit periculum. Est autem securitas negligentia incuria: parumpensio
quia securus est qui seorsum est a cura: hoc est qui non curat licet sit periculum. Vult ergo di-
cere: tam constanter et animose defenderim senatum: vt nullam curam de periculo meo ha-
Laus mei et mea bere viderer. Mei laude et mea laude: quia laus quodammodo verbale est et idem quod lau
datio: vtrumq; recte dicitur. Est ergo laus mei: que est de me hoc est qua ego laudor: laus mea
Iugulare quam ego facio vel quam ego possideo. Iugulare est incidere iugulum: hoc est illam partem
gutturus quam effuso sanguine mors sequitur. Horatius in epistolis. Ut iugulent homines
surgunt de nocte latrones. Damnamur: idest adiudicamur hoc loco. Morti et proscriptioni.
Proscribo Proscribere duo significat. aliquando res non animatas per scripturam venales significare.
vnde ille proscripsit edes suas qui eas inscripsit venales: et per titulum appensum porro vel
Produco procul a se fecit. Dico non animatas: quia animantia non dicuntur proscribi: sed produci quā
do venalia sunt: producuntur enim ad mercatum. Secundo modo proscribere est per scriptu
ram relegare. Hoc autem inter exulem et proscriptum interesse videtur: q̄ exul in exilio vbi
exulat tutus est: proscriptus autem nusq̄: sed vbicunq; deprehendatur viuus aut mortuus se-
natui vel principi adducendus. Tunc enim proscribitur quando talis sententia in eum in pu-
blico loco scribitur. Non ergo dicitur proscriptus de scriptura deletus: sed per scripturam de
nunciatus hostis ciuitatis sue: et per hoc (si sapit) relegatus. O meritos etc. O vt laurentius
docet quando exprimitur cum accusatiuo vehementem excandescentiam et inflammationē
importat sicut hic: ob quam mitigandam accusatiuum subtracta particula o autores ydonei
sepe ponunt. Sententiam vero quia frigide exponitur a commentario superiore credo ipsi nō
bene notam fuisse. Est autem talis. Boetius ostendit se absentem et inconfessuz Ob falsi cri
minis delationem propter pietatem suam proscriptum esse: ideoq; indignatus exclamat con
tra senatores eius sententie conscios dicens eos esse meritos neminem ipsorum posse conui
ci simili crimine: quo ipse Boetius conuictus erat hoc est propter pietatem: quam ipsi crimē
falso vocabant. Ordo est. O meritos supple homines: hoc est qui meruerunt: neminem sup
ple eorum posse: idest vt nemo eorum possit aut dignnus sit conuinci crimine simili: quo con
uictus sum. hoc est crimine false imposito. immo propter pietatem qua ipsi indigni sunt. qua
si dicat. Digni sunt qui vero crimine conuincantur et non simili illi crimini quod mihi obiici
tur. Mihi inquam cuius reatus dignitatem etiam ipsi qui detulere: idest detulerunt viderūt.
Quam inquam dignitatem vti: idest vt ipsi fuscarent etc. ¶ Nota puer reus non est semper ma
lefactor aut crimini aut debito veraciter obnoxius: sed quicunq; in iudicio cōuenitur: aut cita

tus est aut se defendit: siue nocens siue innocens: siue debitor siue liber fuerit ab omni debi-
to: reus dicitur. Sicut actor omnis qui alium conuenit aut citat. Ideoq; dicit dignitatem
reatus idest que est in ipso reo: vel que in causa reatus sui est: hoc est quare reus effectus est.
Ambitum etiam in hac significatione media breui proferes. vnde ambitiosus secunda breui — Ambitus
ab omnibus ponitur. Solet autem dari versiculus. Ambitus est nomen ambitus participans
est. Sacrilegium committitur quando res sacra de loco sacro: aut res sacra de loco non sacro — Sacrilegiũ
aut res non sacra de loco sacro legitur idest furatur. Nullum autem manifestius est: ꝙ̄ dum
latria idest seruitus soli deo debita demonibus offertur. Preterea noris puer corruptum es-
se vocabulum quod in commentariis ponitur nigromantia. dicitur enim necromantia vel
ars necromantica: qua cadaueribus mortuorum abutuntur. Magorum autem dicitur aut
magia aut ars magica. Pithagoricum illud idest notum verbum qd pithagoras dicere — Necroman-
solebat. Qui solum deum sapientem predicabat eumq; vnum esse et solum colendum adora- — tia
tione quam greci latriam vocant: se autem non sapientem sed amatorem sapientie idest — Magia
philosophum esse professus est. Penetral innocens domus. Quidam coniugem intelligunt: — Penetral
ego vero penetralia ipse intelligo. dicitur enim penetral seu penetrale locus qui penetratur
idest pene intratur. et est in interiori parte domus. Uult ergo dicere ꝙ in penetrali suo maior
erat honestas et innocentia ꝙ̄ vt cum demonibus pactum haberet. Qui enim pacta talia ha-
bent: habent etiam loca secreta et in accessa que nemo penetrat externus. Ad penetral autē
boetii admittebantur plurimi et hi quidem honestissimi. Instituti moribus: apte dictum. In- — Instituta
stituere enim est aut mores aut disciplinam statuere: sed mores genere neutro instituta dicū- — Institutio-
tur. discipline aut potius eruditiones ipse dicuntur institutiones. Imbuti disciplinis. Imbue- — nes
re est rei noue dare primam tincturam vnde vas recens factum primo liquore imbuitur. Ut — Imbuere
apud flaccum in epistolis. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem. Testa diu. Per me-
taphoram autem accipitur pro eo qd est iacere fundamenta alicuius discipline. Et per quan-
dam sequelam pro eo qd est initiare vel incohare. vnde in primo bucolico carmine. Illius a-
ram. Sepe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Dico per sequelam: quia proprie signifi-
cat madidare et intingere res recenter factas: vnde quia pastores sepe mutant septa sua:
sepeq; nouas aras (si singulis mensibus sacrificare volunt vt ille apud virgiliū pollicetur) in-
stituunt: ideo imbuendo eas sanguine victime incohant eas. Nisi vltro idest insuper. q. vltra — Ultro
priorem iniuriam: aliquando est sua sponte et non rogatum facere. vt in bucolico. At mihi
sese offert vltro meus ignis amintas. Uerba quoq; dicuntur vltro citroq; haberi dum inter
duos aut plures sermo fit. Nostris malis cumulus accedit idest adiicitur vel accessit. Accedo — Accedo
enim duo significat. vno modo adire vel aggredi et hoc cum accusatiuo mediante prepositio-
ne vel sine ea mediante prepositione vt apud comicum. Accede ad ignem. Sine ea apud po-
etas. Accestis scopulos pro accessistis. Et tunc facit verbale accessus. accessus. accessui. Alio — Accessus
modo significat aduenire annasci adiici vel accescere: et hoc cum datiuo vel accusatiuo medi-
ante tamen prepositione: vt hoc pondus accessit calamitatibus meis. Ad amorem in te meū
nihil posset accedere. Et in hac significatione deriuatur verbale hec accessio vt valla docet. — Accesso
caue ergo confundantur. Eaq; tantum iudicat esse prouisa &c. commentarius superior intelli- — Prouisum
git prouisa esse a deo: ego ab homine. quia sensus est. Vulgus iudicat ꝙ vir ꝙ̄tuncumq; sapiēs
non prouideat nisi ea que feliciter eueniunt. qd egregie tulit apud Ouidium in heroidibus que
populi obiectionem ponit dicentis. Exitus acta probat. hoc est in exitu patet quia sapienter
incepisti: quasi vero semper prudenter incepta bonum exitum habeant cum videamus bene
inceptis per casum aliquem exitum tristem dari. vnde addit: careat successibus opto: Quisquis
ab euentu facta notanda putat. Sententia ergo vulgi est quando videt aliquem licet inno-
centem vinctum aut oppressum. bone vite bona si finis: boni incepti bonus exitus: Si vir i-
ste talis fuisset qualem reputauimus eum non hec illi modo euenissent. & hoc est qd egre fert
Boetius id est qd scit posse egre ferri: et ideo vt egre ferentibus medela detur in se illorum
personam agit. Qui rumores id est quales. et sunt hec verba cum intermissione et amari-
tudine animi proferenda quasi dicat. O bone deus quales rumores populi sunt nunc
de me: ac si dicat scio ꝙ pessimi. ideoq; addit. piget id est mihi graue et molestum est reminisci
Estimatione fedatus. Potius legerem existimatione. i. iudicio iniquo populi. Supplicium — Existimo
Seruius dici putat seruus tormentū a cōsuetudine gallorū qui in suppliciis. i. vt festus dic cer- — Estimo
tis sacrificiis et supplicatōibus: puerū ad hoc educatū circūdu cebāt cū increpatōibus vt si deus — Suppliciũ

aliquid mali populo inferre vellet: in caput illi⁹ pueri retorquerēt: et ita suppliciū ferebat. Videre autē videor ℞c. Officina (inquit vallensis) est vbi opera fiūt. Taberna vbi opa ipsa cetereq merces vendunt. Bene ergo dicit officinas sceleratorū: in quibus scelera fiūt: et quasi dedita opera fabricant. Perditissimū queq novis delationū fraudibus īmitentē: poti⁹ q imminentē scriptū puto: nisi sit eminentē: hoc est excellentē et emergentē ex sordibus suis p delationē. flagitiosū queq: venustius eēt flagitiosissimū queq. Insontes .i. inocentes nō modo securitate: verūetiā ipē defensione priuatas. hic maifeste hēt dra inter securū et tutū: quā supra posuimus. Nā defensionē positā puto quasi tuitionē. s3 finē facio.

Officina

Taberna

Metrum quintum primi libri.



Stelliferi conditor orbis
Qui perpetuo nixus solio
Rapido celum turbine versas:
Legemq pati sydera cogis:
Ut nunc pleno lucida cornu
Totis fratris obuia flammis
Condat stellas luna minores:
Nunc obscuro pallida cornu
Phebo propior lumina perdat.
Et qui prime tempore noctis
Agit algentes hesperus actus
Solitas iterum mutat habenas

Metrum quintum primi libri.



S. thomas

Stelliferi ꝯditor orbis. Hic incipit quintum metrum huius primi quod dicitur pindaricū ab inventore: anapesticum a pede predominante. ē autem anapestus pes contrarius dactilo constans ex primis duab⁹ breuibus et tertia longa syllaba: ⁊ est metrum achataleticum idē sine defectu. In hoc autē metro Boe. exclamat cōtra prouidentiam diuinā: admirans q omnia regantur a deo p̄ter actus humanos: licet hoc falsum sit: tamen Boetio sic videbatur secundum statum turbatum. et diuiditur. primo commendat diuinam prouidentiam et gubernatione celestium et terrestrium. secundo tangit actus humanos non regi a deo. tertio rogat deum vt reparet actus hominum. secunda ibi. Omnia certo. tertia ibi. Quisquis rerum. prima diuiditur. Primo ꝯmēdat regimen diuine prouidentie circa celestia. secundo magis circa terrestria. ibi. Tua vis varium temperat. Primo dicit. o conditor id est creator orbis stelliferi id est ferentis stellas: qui nexus id est adiunctus perpetuo solio id est eterne sedi versas id est frequenter vertis celum rapido turbine id est veloci motu: cogis sydera pati legem id est debitum ordinem: vt ipsa luna nunc id est aliquando lucida pleno cornu sicut in plenilunio obuia est opposita totis flammis id est luminibus fratris id est solis: ipsa luna condat id est abscondat minores stellas que in plenilunio non videntur propter maius lumen. et tu cogis nunc id est aliquando vt ipsa luna existens pallida obscuro cornu: ipsa existens propior phebo id est soli perdat id est amittat lumina id est lucem. quasi diceret. tu facis vt luna quantomagis recedit a sole tantomagis illuminatur et lumine suo obscurat minores stellas. et quantomagis appropinquat soli tanto plus obscuratur. et tu cogis vt hesperus id est stella vespertina qui agit algentes id est frigidos actus tempore noctis id est in crepusculo: quod est prima pars noctis sequendo solem: iste hesperus de mane lucifer dictus pallens in ortu phebi iterum mutat solitas habenas id est solitos cursus. nam cum de vespere sequitur solem de mane procedit ipsum: et stringis id est coartas lucem id est diem breuiore mora tempore brume id est hyemis frondiflue id est facientis frondes fluere: et cum feruida estas venerit tunc tu diuidis id est distinguis agiles horas id est breues horas noctis. quasi diceret tu facis q tempore hyemali noctes sunt prolixiores diebus: in tempore estiuali econuerso. ¶ Nota q deus dicitur conditor stelliferi orbis quia ab ipso dependet celum et tota natura. ex duodecimo metaphisice. et dicitur residere in perpetuo solio: quia in celo quod est perpetuum: nam celum est lo-

Alsnitus

Deus

cus deorum et spirituum. et omnes barbari et greci et quicunq̄ putant deos esse: eum locum qui sursum est deo attribuunt tanq̄ immortale immortali coaptantes: primo celi et mundi. et dicitur vertere celum rapido turbine. motus enim firmamenti dicitur rapidus: quia suo motu rapit secum alias spheras. Unde nota verso est verbum frequentatiuum: et significat frequenter vertere. et in hoc innuitur ꝙ celum semper mouetur et non cessabit: quia dicit

Phebi pallens lucifer ortu.
Tu frondifl ue frigore brume
Stringis lucem breuiore mora:
Tu cum feruida venerit estas
Agiles noctis diuidis horas.
Tua vis varium temperat annum
Ut quas boree spiritus aufert
Reuehat mitis zephirus frondes.
Queq̄ arcturus semina vidit
Sirius altas vrat segetes.

commentator non est timendum ꝙ celum stet. et ratio: quia mouens celum mouet sine fatigatione et sine pena. xij. metaphisice. Item deus est nexus perpetuo solio id est coniunctus perpetuo celo. Unde deus tripliciter est in vniuerso scilicet essentialiter seu presentialiter: sacramentaliter: et misericordialiter. Essentialiter seu presentialiter in suauera claritate in qua ipsum homo nunq̄ vidit sicut dicit propheta: deum nemo vidit vnq̄ sicut ipse est in perpetuo solio. sacramentaliter seu misterialiter deus est in sacramento eucharistie: quod rata fide credimus. sed misericordialiter deus est vbiq̄ s̄m quod dicit scriptura: misericordia domini plena est terra. et inde prouenit dictum commune s̄m ꝙ dicit scriptura. deus est vbiq̄. ¶ Nota s̄m Huguitionem solium est sedes regalis ex solidis lignis facta dicta a soliditate id est a firmitate. Nota ꝙ deus cogit sydera pati legem non violenta nec coacta monitione: quia nullum violentum perpetuum: sed cogit ea voluntaria ordinatione obseruare legem id est determinatum motum vt tempore eis statuto oriantur et occidant. Nota ꝙ luna de se est corpus opacum recipiens lumen a sole: et in ea parte qua est versus solem illuminatur: cum autem directe opposita sit soli sicut in plenilunio: tunc lumine suo obscurat minores stellas: eo ꝙ maius lumen offuscat minus. sed cum luna est in illa parte celi in qua est sol sicut contingit in coniunctione: tunc superior pars que est versus solem est illuminata: et inferior pars que est versus nos est obscurata: et tunc nihil videmus de luna. sed cum incipit elongari a sole tunc pars elongata incipit modicum apparere nobis: et tunc dicimus esse nouilunium: et quanto plus elongatur tanto plus apparet nobis illuminata. Nota Boeti. dicit solem esse fratrem lune: quia secundum fabulas: iupiter cōcumbens cum latona genuit ex ea duos gemellos scilicet phebum qui dicitur sol et dianam que dicitur luna: et sic secundum fabulas est frater lune.

Deus vbi sit

Deus cogit

Luna

¶ Nota stella que de vespere sequitur solem et de mane precedit habet diuersa nomina: patet per versus. Lucifer aurora venus vesperus hesperus idem. quomodo autem fit possibile ꝙ eadem stella de vespere sequatur solem et de mane precedat: dicunt aliqui ꝙ hoc non contingit in vna et eadem parte anni sed in diuersis. dicunt enim ꝙ in estate sequitur solem et in hyeme precedit: sed hoc est contra omnes auctores dicentes hoc esse in eodem tempore anni. Alij dicunt ꝙ mercurius et venus sint stelle similis coloris et q̄titatis: quarum vna quandoq̄ sequitur solem et alia precedit: et sic videtur esse vna stella que sequitur et precedit: sed hoc non est verum. Hug. dicit ꝙ venus est altior sole. et loquitur s̄m antiquos astrologos q̄ locauerunt venerem supra solem. cum igitur contigit ꝙ venus et sol simul veniunt ad occasum: quia venus est altior diutius videtur in sero q̄ sol. eadem ratione citius videtur in mane q̄uis eque cito discurrant. nam citius videntur ascendentia remota q̄ propinqua: et diutius videntur descendentia remota q̄ propinqua: licet equali motu incedant. sed moderni astrologi locant venerem sub sole. Alij dicunt ꝙ vna est stella que vno tempore sequitur solem alio tempore precedit. Et dicunt s̄m Ptholomeum ꝙ illa stella habet eclypticum in cuius cir

Lucifer

cunferentia defertur corpus eius. Est autem eclypticus circulus paruus cuius centrum est in circunferentia orbis deferentis. nunc autem est ita q eclypticus veneris semper est cum sole: ita q si protrahatur linea a centro terre per centrum eclyptici veneris ad firmamentū: eadem linea transibit per centrum solis vel non multum distabit ab eo. cum autem venus feratur in circuitu eclyptici: aliquando erit in eadem linea cum sole aliquando procedit aliquando sequitur. Item mora solis super orizontez facit diem cuz dies fit statio solis super terram. mora autez solis sub orizonte facit noctem. et quia sol longiorem facit moram tempore estiuali super orizontez et breuiorem sub orizonte: ideo dies estiuales longiores sunt noctibus. in hyeme autem fit econuerso propter qd dies hyemales breuiores sunt noctibus. ¶ Tua vis varium temperat annum. Hic Boe. commendat regimen diuine prouidentie magis circa terrestria id est circa partes anni di. O deus tua vis id est virtus temperat id est ordinat varium annum id est diuersas partes anni vt mitis zephirus id est ventus vernalis reuehat id est reducat frondes quas aufert id est destruit spiritus boree idest flatus boree. et tua vis temperat vt quecumq semina vidit arcturus id est illa stella altas segetes id ē longas segetes vrat syrius id est stella canicula tempore estiuali. et subdit: nihil solutum id est segregatum antiqua lege id est eterna lege diuine prouidentie linqt id est derelinquit opus proprie stationis id est ad quod operandum est statutum. ¶ Nota q quattuor sunt partes anni: ver: hyems: autumnus: et estas. In vere flat ventus qui dicitur zephirus qui est collateralis fauonij. et quia flatus eius est leuis: ideo dicitur mitis et producit viridia. In hyeme et maxime in principio viget flatus boree qui est collateralis aquilonis: cuius flatus est fortis et frigidus et destruit viridaria denudando arbores. ¶ Nota q arcturus est stella circa maiorez vrsam que dicit vrere semina quia tpe sui ort' quo orit cum sole tūc seminat hic in autumno. ¶ No. siri' est stella q̄ alio noīe dr canicla. et dr siri' a sirē quod ē tract': pp longū tractū calorꝫ et apparet cū sol ē in cācro: et dr vrere segetes. i. maturare. ¶ No. de arcturo dic Isido. i libro ethymo. Arctur' ē sydus post caudā maiorꝫ vrse ꝯpositū: et orit tpe autūnali. sed Vegetius dicit arctuꝝ oriri post yd' septemb. post. xij. kalen. octob. ¶ Itē dicit Isido. Canicla est stella et dr siri' q̄ estiuis mēsib' in medio cētro celi et iūcta cū sole duplicat calor ei' et dissoluunt corpa et euaporāt: a q̄ stella dicunt dies caniclares in qb' moleste sūt purgatiōes. ¶ Oia certo fine gubernas. In ista parte Boe. tāgit act' hoim nō regi a diuina ꝓuidētia sꝫ derelictos regimini fortune dicens. O deus tu gubernas omnia certo fine. i. certo ordine ad finem. et respuis id est spernis regere solos actus hominum. O rector deus tu merito cohibere id est coarcearis. Nā cur lubrica fortuna versat id est vertit tantas vices. i. alternationes: q: ipsa premit insontes. i. innocentes noxia pena debita sceleri id homini scelerato: puersi mores. i. homines puersi in morib' resident in celso solio. i. alto loco: et ipsi nocētes. i. mali calcāt sancta

Dies
Nox

Partes anni

Arcturus

Sirius

Nil antiqua lege solutum
Linquit proprie stationis opus.
Omnia certo fine gubernas
Hominum solos respuis actus
Merito rector cohibere modo.
Nam cur tantas lubrica versat
Fortuna vices: premit insontes
Debita sceleri noxia pena.
At peruersi resident celso
Mores solio: sanctaq calcant
Iniusta vice colla nocentes.
Latet obscuris condita virtus
Clara tenebris: iustusq tulit
Crimen iniqui:
Nil periuria nil nocet ipsis

Liber primus Metrum quintum.

ornata

Fraus mendaci compta colore.
Sed cum libuit viribus vti
Quos innumeri metuunt populi
Summos gaudent subdere reges
O iam miseras respice terras
Quisquis rerum federa nectis.
Operis tanti pars non vilis
Homines quatimur fortune salo:
Rapidos rector comprime fluctus
Et quo celum regis immensum
Firma stabiles federe terras.

colla: idest colla sanctorum hominum iniusta vice. i. iniusta alternatione: qui sancti potiꝰ deberent calcare colla nocentum ꝙ econuerso. ꝛ cara virtus. i. homo clare virtutis iacet cōdita i. abscōdita obscuris tenebris. i. ab hoībus vitio obscuritatis. ꝛ iustus homo tulit. i. sustulit crimen iniqui hoīs: ꝛ periuria nil nocent ipsis iniquis. nec fraus cōpta. i. ornata mēdaci colore: idest falsa apparentia nocet ipsis: sed cum prauis libuit vti viribus: idest exercere vires quos prauos metuunt innumeri populi: idest vulgares tunc ipsi gaudēt subdere: idest supplantare sūmos reges: idest bonos et sapientes: quorum regere est et alios gubernare. ¶ Item deus omnia gubernat certo fine: quia dicit commentator. x. metaphisice. deus est mēsura omnium ꝛ regula: ꝛ infallibiliter verum metrum. ꝛ commentator dicit primo celi ꝛ mundi. Entia diuina nos gubernant ꝛ regūt in nobis sunt quasi finis. Item illud quod est sapientissimum regit certo fine cum sapientis est regere: sed deus est sapientissimus eo ꝙ sapientia a deo est. ¶ No. Bo. vidit in mundo bonos deprimi et malos exaltari: cum tamen potiꝰ fieret econuerso: ideo sibi videbatur ꝙ actus ꝛ operationes hominum non regerentur a deo: sed magis a fortuna que hunc humiliat ꝛ hunc exaltat: ideo Boetiꝰ deo conqueritur. ¶ O iam miseras respice terras. Hic Boetius rogat vt deus regat actus hominum ꝛ homines sicut regit celū dicens. O quisquis deus es tu qui nectis: idest coniungis federa: idest concordias rerum respice miseras terras: idest hoīes in terra habitantes. nos enim homines non sumus vilis pars: sed valde nobilis tanti tui operis: idest mundi: nos quatimur: idest concutimur salo: idest mari ꝛ amaritudine fortune: ideo tu deus cōprime. i. stringe rapidos fluctus. i. magnos impetus fortune: ꝛ eo federe: idest regimine quo regis immensum celum tu firma. i. robora stabiles terras. i. homines stabiles in terra. ¶ Nota Boetius hominem non esse vilem partem mundi: quia scribitur in prologo libri de pomo Aristotel. Homo est dignissima creaturarum: similitudo omnium ad imaginem dei factus. ꝛ secundo de anima. quodammodo anima conuenit cum omnibus creaturis. conuenit enim cum angelis in intelligendo: cum brutis in sentiendo: cum plantis vegetando: cum lapidibus in essendo. ¶ Nota Boe. comparat fortunam salo. i. mari. sicut enim nauis vndis marinis iactatur nunc in altum ꝛ nunc in pfofundum: sic homo per fortunam nunc in prosperitate leuatᷣ nunc in aduersitate deijcitur.

[margin: Deus regit]



O Stelliferi conditor orbis. Ode hec quinta primi libri est monocolos: quia omnes versus vnius sunt metri nisi ꝙ alios pedes admittunt. Quos tam diuersos Boetius in hoc genere carminis posuit vt nullam legem seruatam voluisse videatur dūmodo sint q̄ttuor pedes. nā pmo loco sepe ponit spondeū. interdū anapestū. īterdū dactylum. Scdo loco spōdeū anapestū ꝛ dactylū. Tertio loco sepe dactylū. raro anapestū. rarius spondeū. Quarto loco sepe spōdeū aut trocheū loco spōdei. nec raro anapestū: sꝫ rarissime amphimacrū q̄ breui inter duas lōgas cōstat. Vt homines quatimur fortune salo. tres vltime syllabe amphimacrū constituūt. Habet ergo quilibet versiculus quattuor pedes: qui fere sunt dactyli spondei aut anapesti. sed vltimo loco vix dactylum offendas. In primo autem versu legendum est. O stelliferi. Si enim vt multi tollas particulam o: oportebit ponere

[margin: Ascensius]

Summma iambum cum trocheo: qui alibi sic non reperiuntur in hoc carmine. Summa huius carminis
est: omnia certo ordine certoque moderamine ab optimo maximo deo vnde condita sunt regi
et gubernari propter hominem. Et reuera solus homo libero gaudet arbitrio: tametsi extra
Nixus dei gubernacula non sit. ¶ Qui perpetuo nixus solio. Male legas nexus. Turpe enim esset
non solum deo sed vel regi mortali esse nexum solio. lege ergo. Nixus solio: idest annixus suf
Solium fultus: a nitor niteris: non a nector. Solium est sedes facta et materia solida: id est integra
et non plurimarum partium. Tyranni enim et qui insidias timebant solebant olim vti sedi-
Solon bus ex solido lapide aut ligno cauato confectis: ne quis adoriatur: et dolo interficiat eos. De
Solidum ductum est vocabum eo quod osca lingua solon integrum et plenum dicatur. Inde solidum quic
Solum quid plenum durum et integrum hoc est non cauernosum aut molle est. Unde et solum dici-
tur quicquid aliud corpus sustinet. vnde sicut hominum et ceterorum gressibilium solum ter-
ra est: ita piscium aqua et volatilium aer. quod dico ne forte putes solam terram solum dici.
Turbo Turbine: olim hoc turben dicebatur. Unde hic turbo huius turbinis adhuc facit: pro vertigi-
ne aut gyro. sed proprius viri hic turbo huius turbonis facit. Horatius in sermonibus. Tur-
Luna bonis in armis. Condat stellas luna minores. Sunt qui dicant lunam dici quasi lucentium stel
Sol larum vnam: et solem: quasi solum lucentem suo: idest proprio lumine. Dicitur autem sol fra
ter lune propter fabulam que hec est vt eam recitat Seruius. Juppiter vitiata latona: etiam
asteriem eius sororem vitiare voluit: illa autem rogans a dijs vt in auem verteretur cothur-
nix effecta est: sed cum mare transfretaret afflata a ioue in saxum conuersa sub aquis mersa
est Inde supplicante Joui latona supernatauit: ac primum neptuno et doridi consecrata est.
Deinde cum Juno latonam immisso phy tone serpente insectaretur: littori adhesit: et sororem
excluso serpente intra mare recepit. In hac insula (que delos dicitur) ipsa latona dianam ac
apollinem peperit: sed diana iam nata pro obstetrice matri phebum parienti obsequium pre-
buit. Unde quamuis virgo a parientibus inuocatur. Apollo vt primum natus est Phytone sa-
gittis interempto matrem suam est vltus: et terram in qua duo numina sint nata errare non
sunt isti dij passi: sed duabus insulis alligauerunt mycone et gyaro. Veritas inquit Seruius
est quod cum insula terremotu laboraret consuluerunt oraculum apollinis: cuius responsum fu-
it ne mortuos ibi sepelirent: et sacra quedam facerent: postea a gyaro et micona vicinis in
sulis venerunt qui eam habitarunt. Dicunt dianam primo natam: quia nox primum fuit. Di-
Delos cta est insula primum orthygia quia grece orthyx dicitur cothurnix. Et quia postea emergens
apparuit delos appellata est. Nam delon dicunt. Vel quia apollinis oracula que alibi obscura
sunt illic manifesta dantur. Hec Seruius. Ex quibus patet cur sol dicatur frater lune. Nam
idem est sol Apollo Delius Thymbreus et Phebus. Eademque diana: luna et proserpina. Sed
luna dicitur in celo. Diana est siluis. proserpina apud inferos. Quia ergo latona dianam et a-
pollinem: idest lunam et solem dicitur peperisse in insula delo. inde soror phebi dicitur. Item
quia constitui vocabula semel dicere: et ad locum vbi dicta sunt relegare ne nominum multi-
Mater plicitas legentem fallat: ex bonis commentarijs hec collegi. Apuleius libro vndecimo scri-
deorum bit quod rerum nature parens elementorum omnium domina: summa numinum: regina mani-
um: prima celitum: deorum dearumque facies vniformis. Cuius numen vnicum: mulliforme
specie: ritu vario: nomine multimago totus veneratur orbis. A phrygibus nominatur pessi-
muntica deum mater. Ab atticis cecropeia minerua. A Cyprijs paphia venus. A cretensibus
dictinna diana. Ab siculis trilinguibus stygia proserpina. Ab eleusinis vetusta dea. Ceres
ab alijs. Juno ab alijs. Bellona ab alijs. Hecate ab alijs. Rhamnusia ab ethiopibus. Ab egy
ptijs vero regina isis. Dionysius etiam libro primo ait quod quidam Isidem: alij cererem: quidam
thesmophoram: alij lunam. Nonnulli Junonem: alij alio nomine appellant. Eandem autem
et Junonem et dianam dici que parientibus preest: et ob id lucina vocatur. patet quia Therent
tius in andria scripsit. Juno lucina fer opem. Virgilius autem in Bucolicis. Casta faue
lucina: Juno iam regnat Apollo. quasi dicat Frater tuus. Diana autem: idest luna est so-
ror apollinis. Si quis autem ad veritatem catholicam respicere velit: non nisi parabolice
lunam sororem solis appellare possit: eo quod ab vno parente deo facti sunt. Cum dictum sit.
Fecit deus duo luminaria magna et cetera. Ut nunc pleno lucida cornu totis fratris obuia
flammis: obuia: idest opposita: in oppositione enim est plenilunium. Volunt autem Phisi-
ci lunam esse globum opacum illuminabilem a sole: sicut globus eneus ab igne. Quocirca sem
per eius mediata pars que solem ex directo respicit illuminata est: sed nobis non apparet illa tota nisi

in oppositione: tūc eīm solem vt nos hoc est ex eadē medietate respicit. Quādo aūt cōiunctio ē: quia soli supponit̄: et inter nos et lunā obijcit̄: ea medietas dūtaxat illuminata ē q̄ a nobis auersa ē: quocirca ī nouilunio lunā nō videm⁹: sed quāto magis a sole recedit: tanto amplior nobis videt̄. Et hoc ē qd̄ autor nr̄ dicit. Nūc obscuro pallida cornu phebo ꝓpior lumina ꝑdat nō quidē simpliciter sed quo ad nos. De hac mutabilitate lune sic dicit plinius li. ij. Omnium admirationem vincit nouissimū sydus: terrisq̄ familiarissimū: et in tenebrarū remedium ab natura repertū: lune. Multiformi hec ābage torsit ingenia contēplātiū: et ꝓximū ignorare sydus indignantiū crescēs sēp ac decrescens. Et mō curuata ī cornua: mō equa proportione diuisa: mō situata ī orbē: maculosa: eodēq̄ subito ꝑnitens: īmēsa orbe pleno ac repente nulla. Alias pnox: alias sera: et pte diei solis lucē adiuuās: deficiēs: et ī defectu tn̄ cōspicua ꝛc. Et q̄ prime ꝛc. Vult eundē eē planetā hesperū qui tempore vesptino solē sequit̄: et luciferū q̄ matutino tpe solē precedit. Nā stella veneris phosphoros grece: lucifer latine dicitur quū antegredit̄ solē: quū subseq̄t̄ aūt hesperos. Quod cicero in libro de natura deorū ita edocuit: Et pli. lib. ij. ca. viij. de venere sic ait. Preueniēs quippe et āte matutinū exoriens lucifer nomen accipit vt sol alter. Contra ab occasu refulgens nūcupat̄ vesp. hec ille. Sola aūt venus inter planetas excedit zodiacū duobus gradibus. Nūq̄ aūt a sole discedit vltra. xxxvi. grad⁹. Quoniā illū subseq̄t̄ motu materiali antecedit aūt motu proprio. Primus aūt pythagoras apud grecos autore parmenide deprehendit eundē eē luciferū et hesperū. Bruma est breuissimus dies. accipit̄ aūt ꝓ tpe hyberno īmo hic pro autūnali: tūc eīm frondes defluunt: vnde dic̄. Tu frondiflue ꝛc. De arboribus aūt rectius frondes q̄ folia dixeris. Sententie note sunt: quas Virgilius primo Eneid. sic ponit. Hic canit errātez lunā: solis q̄ labores. Arcturū pluuiasq̄ hyadas: geminosq̄ triones. Quid tantū oceano properet̄ se tingere soles hyberni: vel que tardis mora noctibus obstet ꝛc. videt̄ ergo imitatio quedā virgiliana. Boreas ventus septētrionalis est. frigidus apprime et tamen adurens. vn̄ illud. Et boree penetrabile frigus adurit. Quia ergo frigidus et siccus est causat defluuium in arboribus. decidunt enim flante borea tempore autumnali frondes arborum. Zephirus autem econtrario tepidus et humidus est qui latine fauonius dicitur a fauendo vel fouendo. flatq̄ ab occasu equinoctiali: incipit plerumq̄ pridie idus februarij hoc est in principio. Arcturus latine interpretatur cauda vrse. Est autem stella post caudam maioris vrse posita in signo boote. Precipit autem in georgicis hoc signo cadente quedam seminare. vnde dicit. haud obscura cadens mittet tibi signa bootes Incipe: et ad medias semētem extende pruinas. vnde hic dicitur Queq̄ arcturus semina vidit. Sirius altas vrat segetes. Sirium autem dictuz putatur propter stelle candorem: alij a longo tractu. Nam sua magnitudine trium signorum spacia occupare videtur. latini caniculam appellant. Est in medio centro celi: ad quem cum sol accedit corpora humana languore afficiuntur. Dicunt esse canem illam que cum dracone europe custos data est. Eandez postea procridi dono datam quam Cephalus procridis maritus thebas adduxit cōtra vulpē que thebanos agros vastabat. Sed cum et vulpi et cani fatum esset ne possent interfici: iupiter vulpem in saxum vertit: canem in astra rettulit. Alij dicunt canem esse que icarum a pastoribus cesum erygone filie sue insepultum ostendit: inde cum erigone posthumatum patrē se in hymeto laqueo suspendisset: liber iouem narrauit vt Icarus in arcturum Erigone ī virginem verteretur. Canis autem que ad pedes pendentis domīe mortua est hyon astrum facta est. homerus autem canem orionis attestatur esse. Habet hec imago in capite stellam vnam claram que isis dicitur. In lingua vnam quam sirium et caniculam vocant magnam et splendidam. In collo duas: in singulis humeris singulas. In pectore duas. In anteriori pede sinistro tres. In dextro vnam claram. in extremo dorso tres. In ventre duas. In sinistro femore vnam. In posteriori pede sinistro vnam. In summitate caude vnam. hec fere landin⁹ collegit. Qd̄ autem segetes vrat attestatur virgilius tertio eneid. tum steriles exurere sirius agros. ¶ Proprie stationis. apte dictum. Quia enim varium et mutabilem annum esse ostendunt: et sidera non manere in vno loco: bene dicis ipsis esse opus stationis. Statio enim est vbi naues ad paruum tempus stant: Portus quo sua portant: et vbi longam requiem habere optant naute. Premit insontes ꝛc. Aduerte grammatice. he dictiones debita noxia penā sunt nominatiui casus vt versus indicat et constructio. Nam ordo est. pena noxia id est nociua debita sceleri premit insontes: et mores peruersi resident celso solio. Si enim destruendo versum ordinem feceris sic. fortuna premit insontes pena. i. per penam ꝛc. tunc addendum ē

Stella veneris
Lucifer
Hesperus
Bruma
Boreas
Zephirus
Arcturus
Sirius
Canicula
Statio
Portus

et dat puersis moribus celsū soliū ꝛc. Cetera maīfesta puto. Opis tanti pars nō vilis hoīes. appositio est: nō est autē īterponēda cōiūctio dicendo. parsqꝫ ꝛc. Salū mare sa lsū est: cui⁹ mobilitati mūdi īstabilitas apte cōfert. Patet aūt ex sequēti prosa hāc sententiā nō eē positā de mēte boetij: sꝫ eius quē boetius representat.

¶ Prosa quinta primi libri.



Hec vbi continuato dolore delatrauit: illa vultu placido: nihilqꝫ meis questubus mota. Hui. Cū te iquit mestū lachrymantemqꝫ vidissem illico miserū exulemqꝫ cognoui. Sed ꝙ id lōginquū eēt exilium nisi tua prodidisset oratio nesciebā. Sed tu ꝙ ꝓcul a patria non quidem pulsus es: sed aberrasti. At si te pulsum estimari mauis: te potius ipse pepulisti. nam id quidem de te nunꝙ cuiꝙ phas fuisset. Si eniȝ cuius oriund⁹ sis

¶ Prosa quinta primi libri.

S. thomas



Hec vbi continuato. Hic incipit prosa quinta huius primi in qua Boe. ostendit quomodo. P. se habuit ad suam querimoniam: ꝛ quid ex ea cognouerit. secundo. P. quedam dicta Boe. irrationabilia paruipendit. Tertio sub breuitate recolligit ea que ipsum Boe. perturbant. Quarto philosophia dat modum curandi ipsuȝ Boe. secunda ibi. Ita non me tam loci hui⁹. tertia ibi Et tu quideȝ de tuis. quarta ibi Sꝫ qm̄ plurimus. Dicit primo. Postꝙ ego Boeti. delatraui. i. contra rationem locutus sum hec supple p̄dicta continuato dolore id est assidua turbatione: illa scilicet philosophia placido vultu nihil mota id est irata meis questubus id est meis querimonijs inquit id est dicit. cum id est quando ego vidissem te Boe. mestum id est tristem qꝫ pro et lachrymantem id ē flenteȝ illico id est statim cognoui te miserum qꝫ pro et exulem id est patientem exilinm: sed ꝙ longinquuȝ id est remotum esset illud exilium ego nesciebam id est ignorabam nisi tua oratio id est sermo mihi prodidisset id est reuelasset. sed tu supple Boeti. quidem pro certo non es pulsus ꝙ procul id est valde remote a patria. i. a iudicio rationis sed aberrasti. i. deuiasti. at pro sed si tu mauis id est magis vis estimare te eē pulsum a patria potius supple tu ipse pepulisti te Bo. naȝ pro quia. quidem pro certe id scilicet repellere te a patria nunꝙ fuisset phas idest licitum cuiꝙ supple hominum. si enim reminiscaris idest recorderis cuius patrie idest de qua patria sis oriundus i. nat⁹ nō vti pro sicut supple ciuitas athenienſiuȝ quodaȝ regitur imperio id est ex p̄cepto multitudinis id est multorum rectorum. Sequitur grecum quod tantum valet in latino: sed vnus est dominus et vnus rex vnus et princeps: qui gaudet de frequentia id est de frequenti inhabitatione ciuium idest incolarum et non de pulsione. Cuius regis agi idest duci frenis idest p̄ceptis atqꝫ pro et obtemperare idest obedire iusticie summa est libertas. An pro nunquid ignores illam antiquissimam legem idest statutum tue ciuitatis idest recte rationis. qua sancitum idest confirmatum est ius non esse id est ad eam non pertinere exulare idest in exilium pati quisquis idest quicumqꝫ maluerit idest optauerit fundare idest locare in ea ciuitate sedē idest habitationem suam. nam pro quia qui continetur idest comprehenditur vallo ac munimine eius supple ciuitatis: nullus metus idest timor est illi vt mereatur esse exul. at pro sed quisquis deserit idest cessauerit velle inhabitare eam ciuitatem pariter desinit eam mereri id est meritum consequi. ¶ Nota ꝙ delatrare proprie est canum. in proposito autem delatrare est vrgente dolore cōtra rationes loqui: et sic Bo. quia dicit actus hominū nō regi a deo ꝯ rationē loqbatur: ergo dixit se delatrasse. ¶ No. nō ē hoīs sapiēt; moueri ex his q̄ dicuntur ab

Delatrare

insipiente contra rationem: sed magis debet insipientem instruere et ipm̄ consolari: ergo phi losophia non fuit mota ex questubus Boetij sed magis ipsum consolabatur. ¶ Nota philoso phia cognouit Boetium esse miserum ꝛ exulem. miser est ille cuius animus sequitur mutati onem rerum temporalium: ita ꝙ extollitur in prosperis ꝛ deprimitur in aduersis. Exul in pro posito non est ille qui mutat regionem: sed qui agit contra rationem. ¶ Nota ꝙ per lachry mas potest cognosci ꝙ ratio ho minis sit turbata: sed quantū tur bata sit non cognoscitur nisi ser mone dolentis. ergo dicit philo sophia: lachrymis cognoui te eē exulem: sed quantum esset exilius nesciebam nisi tua oratio mihi ꝓ didisset. ¶ Nota ille pulsus est a patria qui omnino rationem amit tit: sed ille aberrat qui infra patri am in aliquo rationem retinet: et in aliquo amittit. Boetius autem non erat pulsus procul a patria: q: non totam rōem amiserat. cre debat enim omnia regi a deo: sed in hoc aberrabat ꝙ actus homi num a deo regi nō putabat. ¶ No ta de patria hominis que ē recta ratio loquitur Seneca ī de reme dijs fortuitorum dicens. Patria est vbicunq; homo bene est. illud autem quod bene in homine ē nō in loco est: in hominis inq; pote state est si sapiens est nō peregri natur: si stultus exulat. ¶ Nota a patria rationis nullus Boetium expulit nisi ipse seipsum: q: Boe tius non alieno impetu sed ꝓprio defectu terminos ꝛ limites rōnis exiuit. ¶ Nota ciuitas atheniēsiū regebat̄ imperio multitudis. pri

Pulsus a patria

patrie reminiscaris: non vti atheniensium quodam multitudinis imperio regitur: sed vnus dominus ē ꝛ vnus rex: vnus ꝛ princeps. Qui frequētia ciuium nō depulsione letatur. Cuius agi frenis atq; obtemperare iusticie summa libertas est. An ignoras illā tue ciuitatis antiquissimā legē: qua sancitum est ius exulare non esse quisquis in ea sedē fundare maluerit. Nā qui vallo eius ac munimine ↄtinet̄: nullus metus ē ne exul eē mereatur. At quisquis inhabitare eā velle desierit: pariter desinit etiā mereri. ¶ Itaq; non tam me loci huius ꝙ tua facies mouet. Nec bibliothece potius comptos ebore ac vitro parietes: ꝙ tue mentis sedem requiro. In qua nō libros: sed id quod libris precium facit librorum quondam meorum sententias collocaui.

Athene

mo eīn eā regebāt reges. postea succedēte tp̄e ꝑncipes. tandē ꝓ regimine eius singulis ānis eli gebant̄. xxxviij. sapiētes. s3 patria rōnis tm̄ vno ꝑncipe regit̄. s. deo qui est regula recte rōnis. ¶ No. hō dr̄ oriundus a patria rōnis inq̄tū aīa eius intellectiua q̄ vtitur recta rōne a deo oritur. ¶ No. intm̄ hō manet in pr̄ia rōnis inquantū deo subijcit̄ ꝛ legi diīne: ꝛ q: deus in subiectōe suoꝝ delectat̄: iō letat̄ in multitudine ciuiū ꝛ nō in expulsione eoꝝ. repellit̄ aūt aliq̄s a patria rōis deo rebellādo ꝛ a recta rōne recedendo. ¶ No. q̄ obtēperat deo ē sūme liber: q: aliq̄s inquātū agit s3 rectā rōnem intantū est liber: s3 per obtēperare se deo hō maxīe agit s̄m rōnem: ḡ tal̄ maxime liber est. Vn̄ Sene. lij. ep̄la dicit. Queris q̄ sit libertas. libertas vera est nulli rei p̄terq̄ deo seruire: eq̄nimiter ꝓspera ꝛ aduersa ferre ꝛ fortunā in equū ducere. ¶ No. ꝙ a ciuitate rō nis nullus exulat nisi ꝑ affectionē tp̄aliū. talis aūt affectio est voluntaria: ꝛ iō sola volūtate ali q̄s exulat a tali ciuitate: ꝛ q: talis affectio nō pōt hoīem occupare q̄diu est infra termīos re cte rōnis: iō dicit ph̄ia. nā q̄ vallo eius ꝛc. ¶ Itaq; nō me tā loci huius. Hic ph̄ia q̄dā dicta irrōna bilia Boe. paruipēdit dicēs. Ex q̄o aberrasti a patria rōnis. itaq; ꝓ ḡ nō tā. i. nō tm̄ facies. i. di spositio huius loci. s. exilij q̄. i. quātum tua facies. i. interior dispositio mentis tue mouet: idest ꝑ turbat me philosophiam: ꝛ quia superius conquestus fuit de carentia bibliothece librorum: istam carentiam paruipendens philosophia dicit: nec ego philosophia requiro: idest inuesti go parietes bibliothece comptos: idest ornatos ebore. i. ossibus elephantium: ac pro etiam vi tro: idest gemmis preciosis q̄ idest quantū supple ego requiro sedem. i. tranq̄llitatem tue mē

Libertas

tis. in qua mente non collocaui: idest non posui libros: sed id. i. illud quod facit precium. i. preciositatem librorum: idest sententias meorum librorum. ¶ Nota ꝙ Boetius supra conquerēdo de statu suo solum deplangit incommoda corporalia non curans deiectionem animi sui. vnde philosophia contra hoc solum deplangit sui animi deiectionem: ⁊ incommoda corporalia paruipendit: ⁊ quia superius in quarta prosa dixit Boetius: nunquid non mouet te facies huius loci: ideo philosophia hic sibi respondens dicit. multo plus moueor ꝓpter animi tui deiectionem q̄ꝫ propter locum exilij in quo existis. Homo eniꝫ fortis animo omni loco vtitur ꝓ patria. Unde Ouidius in libro de fastis. Omne solum forti patria est: vt piscibus equor: ⁊ quia etiaꝫ cōquestus fuit de biblioteca respondet Philosophia. ꝙ ipse potiꝰ deplangit sententias librorū quas per obliuionem perdidit q̄ꝫ carentiam bibliothece ⁊ librorum. ¶ Et tu quidem de tuis. Hic philosophia sub breuitate recolligit que Boetium perturbauerunt dicēs ⁊ tu Boetius dixisti vera de tuis meritis: idest factis in commune bonum. i. propter omnium hominum vtilitatem: sed supple dixisti pauca. s. beneficia tibi euenisse ꝓ multitudine gestorum. i. factoruꝫ tuorum: ⁊ tu memorasti: idest recitasti nota: id est manifesta cūctis hoībus de honestate. s. de saluatione senatꝰ: vel falsitate: idest cōtemplatione falsarum litteraruꝫ obiectorum: idest imputatorum tibi. quideꝫ pro certe tu stricti̅ putasti: idest existimasti attigendum supple recte: idest rationabiliter de sceleribus: idest de vicijs cꝫ ꝓ et fraudibus: idest deceptionibus delatorum: idest accusantium ꝙ ea: idest omnia ista celebrē tur: idest memorentur melius cꝫ pro et vberiꝰ: idest copiosius ore: idest sermōe vulgi recognoscentis: idest memorantis omnia. etiam tu Boe. increpuisti vehementer: idest fortiter factū idest opus iniusti senatus supple totius: ⁊ tu etiam doluisti de nostra criminatione: idest vituperatione: ⁊ tu etiam fleuisti. i. defleuisti damna: idest crimina lese opinionis: idest commaculate fame tue. postremo: idest vltimo dolor incanduit aduersus fortunam: idest contra fortunam: cꝫ pro et sup. tu Boeti cōquestus es non compensari: idest retribui equa: idest digna premia meritis: idest pro meritis. in extremo: idest in fine seuientis muse: idest furientis metri tu proposuisti. i. dedisti vota: idest preces ꝙ ea pax sup. diuine prouidentie regeret terras: idest homines terrenos vti pro sicut regit celum. ¶ Nota ꝙ hec omnia fuerunt causa perturbationis mentis Boetij. et pertractat ea in quarta prosa ⁊ in fine metri O stelliferi. ¶ Sed quoniam. Hic philosophia dat modum curandi ipsum Boetium dicens. Sed quoniam plurimus tumultus: idest valde magna multitudo affectuuꝫ: idest passionum incubuit: idest institit tibi: ⁊ dolor ira ⁊ meror: idest tristicia distrahunt te diuersuꝫ: idest ad diuersa: ideo sicut nūc mentis es nondum contingunt: idest respiciunt te validiora remedia: idest fortiora medicamenta. Itacꝫ nos vtemur paulisper: idest modicum leuioribus remedijs: vt ea que indurue-

¶ Et tu quidem de tuis in commune bonū meritis vera quidē: sed ꝓ multitudine gestorū tibi pauca dixisti. De obiectoruꝫ quideꝫ tibi vel honestate vel falsitate cūctis nota memorasti. De sceleribus fraudibuscꝫ delatorum recte tu quidem strictimcꝫ attingendum putasti: ꝙ ea melius vberiuscꝫ recognoscentis omnia vulgi ore celebrentur. Increpuisti etiam vehemēter iniusti factum senatus: de nostra etiā criminatione doluisti: lese quocꝫ opinionis damna fleuisti. Postremo vero aduersus fortunā dolor incanduit: conquestuscꝫ non equa meritis premia compensari. In extremo muse seuiētis: vt vti celuꝫ: terras quocꝫ pax regeret vota posuisti. ¶ Sed quoniam plurimus tibi affectuum tumultus īcubuit: diuersumcꝫ te dolor: ira: meror distrahunt: vti nunc mentis es nondum te

tunt: idest indurauerũt in tumorem: idest inflaturam perturbationibus: idest tristicijs animi influentibus: idest euenientibus illa mollescant: idest mollia fiant blandiore tactu: idest leuiori medicina ad rapienduȝ vim acrioris: idest fortioris medicaminis. ¶ Nota ꝙ Boetius fuit distractus multitudine affectionum scilicet ira merore ⁊ dolore. nam ira trabit bominez ad vindictam dolor ad desperationem meror ad totius mentis aggrauationem. ideo dicit philo- Passiones animi

validiora remedia contingũt. Itaqꝫ leuioribus paulisper vtemur: vt que in timorem perturbationibus influentibus induruerũt: ad acrioris vim medicaminis recipiendam tactu blandiore mollescant.



Metrum sextum primi libri.

Cum phebi radijs graue
Cancri sydus inestuat

sophia ꝙ sua perturbatio iaȝ non possit sustinere fortiora remedia: sȝ velit sibi adbibere leuia: vt ꝑ talia ꝑparatus ⁊ dispositꝰ consequñter posset recipere remedia acriora. ats tumorem



Hec vbi cõtinuato dolore delatraui ⁊c. In bac quinta ꝓsa philosophia in boetio representante ꝑsonã bominis mesti: impatientis: ⁊ a recto iudicio oberrãtis: inuestigat causas erroris. Palam est autem Boetium superiora non ex sua ꝑsona dixisse: ex eo ꝙ se delatrasse ꝯfitetur: quasi isano ⁊ canino latratu talia in deum proferantur. Ascensius

Nibil meis questibꝰ mota. Meminerit iuuenis lector questus qꝺ plurali dumtaxat numero reperitur quando a deponentali q̄ro deducitur: in datiuo ⁊ ablatiuo pluralibꝰ bȝ ubus sicut portubꝰ. A q̄ro aũt v̄bo actiuo deducit̄ questus vtriusqꝫ nũeri. i. dictis casibꝰ ꝑ ibus ꝓferendũ. Sed tu ꝙ procul. Quã vt dixi ꝓ valde suꝑlatiuũ efflagitat: itaqꝫ ꝙ procul idẽ est ꝙ longissime. i. valde lõge: vel si ꝙ accipiatur ꝓ eo qꝺ est quantũ: legetur cũ quadã admiratione ⁊ cõmiseratione. q. d. o maxime iuppit̄: ꝙ ꝓcul. i. q̄tum remote ⁊ longe tu Boeti a patria aberrasti: Cuius oriundꝰ patrie: ⁊ de q̄ patria latine dr̄. Estqꝫ discrimen inter ortũ ⁊ oriundũ. Nam ortus est aliq̄s vbi natꝰ etiãsi nullos parentes illic ortos aut inde oriũdos babeat: ⁊ construit̄ cum gtõ ꝓ ꝓnoĩs quõ cetera v̄ba ⁊ participia: aut cũ prepõne ⁊ ablatiuo. Oriundꝰ aũt dr̄ de aliquo loco vñ parẽtes eiꝰ originez traxerunt tametsi illic natꝰ non sit. Patria aũt est suũ cuiusqꝫ natale solum: nec apte ponit̄ ꝓ regione ab ij s qui multas patrias regem babere dicunt. Potest aũt dictum philosophie philosophice intelligi: vt ſm doctrinam platonis patriam nostram celũ dicat: vnde aĩa per planetarum orbes delapsa in corpus descendisse dicatur. Sed id Boetio non congruit: qui (qꝺ Augustinus dicit) nouit aĩam non priꝰ creatã fuisse in celo ꝙ corpori infunderet̄: sȝ simul ⁊ creãdo infusam ⁊ infundendo creatã. Verũtñ qꝛ aĩe rationalis pater deꝰ est: ipaqꝫ potissima pars boĩs: iõ põt recte intelligi de celo loq̄. Nõ eñ dicit aĩam ortã h̄ est creatã in celo: sȝ oriundã de celo: qꝛ a deo patre q̄ in celis est originẽ traxit: cũ a deo nõ a patre terreno cũ corꝑe generet̄. Sed h̄ qꝛ grãmaticoꝝ ꝑtes excedũt missa facio. Sancitũ scribit̄ ꝑ c: sicut ⁊ sanctum. Fundare est aliquid roborare ⁊ firmare: fundamẽta iacere: est structurã eiꝰ incboare: qꝺ nescientibꝰ aduertendũ est. De nostra etiã criminatione. rectius docui legendũ esse. de nostri etiã criminatiõe. In tumorẽ induruerũt: nõ recte exponit̄. i. idurauerũt. Dureo eñ ⁊ indureo absoluta sũt seu neutralia v̄ba fere passiuã significatõem bñtia. Est eñ durere ⁊ indurere durũ eẽ vel duruȝ fieri. sed duro ⁊ induro actiua sunt ⁊ significant durũ facere. Itaqꝫ dices lutum indurere: ⁊ solez indurare. Ne tñ molestus sim v̄bum non amplius addam.

Questus 

Ortus

Oriundus

Patria

Fundare

Dureo

Indureo

Duro

Induro

¶ Metrum sextum primi libri.



Cum phebi radijs graue. Hic incipit sextum metrum buius primi quod dicitur metrum gliconicum ab inuentore: coriambicum a pede predominante. Est autem coriambus pes constans ex prima et vltima longa et duabus medijs breuibus. Unde primus pes buius metri est spondeus. secundus coriambus. tertiꝰ pyrricbus qui est pes constans ex duabus breuibus: ⁊ loco eius aliqñ ponitur

Sanctus Thomas

Liber primus Metrum sextum

Jambus qui constat ex prima breui et vltima longa. In hoc ergo metro philosophia probat dictum suum per exempla. dicit enim ꝙ Boetio pro nunc non conuenirent remedia fortia: sed alio tempore: probat ergo ꝙ omnia requirant tempus determinatum: et si fiant extra suum tempus non prosperantur. et hoc probat tribus exemplis. Secundo tangit tempora non permisceri que deus distinxit: ibi. Signa tempora. Primum exemplum est de semine: quod si seminatur in indebito tpe non ꝓfert fructum: vt si quis seminaret in iulio vel in augusto. vnde dicit sic in littera. Cum ꝓ quando graue sydus cancri illius signi iestuat. i. inardescit radijs phebi: idest solis tunc: idest in illo tempore q̄ credidit: idest commisit larga semina: idest copiosa semina sulcis: idest cauernis terre negantibus supple spē messis talis elusus. i. frustratus fide beneficio cereris: idest dee frugum pergat: idest accedat ad arbores quernas. i. quercuum ⁊ vescatur fructibus eorum Tunc ponit secundum exemplum de floribus quos homo frustra q̄rit tempore hyemali cum tempus eorum sit in vere. vnde dicit in littera. Tu lecturus: idest collectur⁹ violas nunꝙ̄ petas: idest accedas purpureum nemus: idest floridam siluam cum: idest quando camp⁹ stridens: idest sonans inhorruit: idest horribiliter apparuit seuis aquilonibus: idest crudelibus ventis hyemalibus. Tūc ponit tertium exemplum: et est de vuis que mature sunt i autumno et ideo frustra q̄rantur tempore v̄nali: vnde dicit. si libeat frui vuis

Tunc qui larga negantibus
Sulcis semina credidit
Elusus cereris fide
Quernas pergat ad arbores.
Nunꝙ̄ purpureum nemus
Lecturus violas petas
Cum seuis aquilonibus
Stridens campus inhorruit.
Nec queras auida manu
Vernos stringere palmites
Vuis si libeat frui.
Autumno potius sua
Bacchus munera contulit.
Signat tempora proprijs
Aptans officijs deus

non queras auida: idest cupida manu stringere vernos palmites: idest vernales vites: bacch⁹ deus vini potius contulit sua munera: idest vuas autumno: idest tempore autumni. ¶ Nota
Cancer ꝙ sydus cancri dicitur graue: quia sole existente in cancro homines grauantur nimio calore: quo tempore non est seminandum: quia ad hoc ꝙ semen conualescat requiritur humor: qui calor solis feruido tempore resoluitur et euaporat. ¶ Nota s̄m fabulas cum pluto rapuerat
Ceres proserpinam mater eius Ceres querens ipsam in terris et non inueniens denegauit hominibus beneficium frugum: ⁊ tunc homines pergebant ad arbores quercuum et comedebāt glādes: ⁊ sic loquitur philosophia in littera. ¶ Nota de hoc ꝙ dicit stridens campus. dicit Hug. ꝙ strideo des. vel strido dis. est fortiter sonare vel dentes concutere vel frendere. ¶ Signat tpa ꝓprijs. Hic ōndit phia tpa nō ꝑmisceri q̄ deus distinxit dicens. Deus signat. i. ornat tēpora aptās ea ꝓprijs officijs nec ipse de⁹ patit̄ misceri vices. i. alternatiōes tēporū: ita ꝙ temp⁹ vni officio deputatū cōueniat alteri. quas vices tempoꝝ ipse coercuit: idest constrinxit: et addit sicut querens aliquo tempore non debito frustratur in querendo: sic illud qđ deserit certū ordinē ꝓcipiti: idest festina via illud non habet letos exitus: idest prosperum euentū: sic a simili si philosophia relicto debito tpe ministrasset Boe. fortē medicinā nō fuisset ꝓsperata in medicādo ipsum. ¶ Nota ꝙ per debitum ordinem res conseruantur in suo esse et in sui natura et quod deficit ab ordine etiam deficit abesse. vnde Boeti⁹ quarto huius. secūda prosa. Est em̄ qđ retinet ordinē seruatꝙ naturā: quod vero ab hoc deficit: esse qđ in sui natura situm est de

reliquit: propter quod debitus ordo in omnibus est obseruandus. vñ poeta. Est ordo summa limes sapientis iu arte. Ergo dicit philosophia: quod precipiti via. Nota omne agens in agē do debet prestituere sibi bonū finem. quia ratione boni finis agens meretur: et ratione mali finis demeretur. vnde poeta. Nō datur exemplo bona post primordia merces Cōgrua: sed rectus premia finis habet. Cum igitur inordinatio impediat bonitatē finis: ideo vitanda est.

Nec quas ipse coercuit
Misceri patitur vices
Sic quod precipiti via
Certum deserit ordinem
Letos non habet exitus.

¶ Prosa sexta primi libri.

P Rimuz igitur patierisne me pauculis rogationibus statū tue mētis attingere atq; tētare: vt quis modus sit tue curationis intelligaz. Boe. Tu

Ascen. C Um phebi radijs. Oda hec est monocolos Eliconica dactylica. Monocolos q: omēs versus vnius metri sūt. Cōstant enī spondeo et duobus dactylis: sz q: vltima syllaba cōis est: et sepe longa recipit ī fine amphimacꝝ qui breuē īter duas lōgas habet. Est glyconica ab īuentore. dactylica ape de p̄dominātē. Probat phia nil recte fieri si intempestiue fiat: q̄ circa probatū dereliquit qd̓ supra dixit: nōdū tempus eē curādi boetiū firmioribus medicamentis. Omnia fere nota sūt. *Sulcus* Sulcus vñ verbū sulco as. are. est illa aptura quā vomer facit in terra aut nauis rostro suo in aqua: aut sile in sili. Terra aūt que vomit̃ seu porritur dicitur porca. *Porca* Notum est etiam infantulis sulcis non sulsis scribenduz esse in hoc textu licet multi errent. Elusus cereris fide idest quam habuit cereri. *Ceres* Ceres enim cum homines antea glandibus vescerentur colende terre modum inuenit et frumentum: vñ in principio georgicorum. Liber et alma ceres vestro si munere tellus. Caoniā pingui glandē mutauit arista: cꝑuis triptolemus aratrum apud quosdam inuenisse dicitur. Quia ergo iterum cogatur redire ad glandes: videtur deceptus fide quam habuit cereri frugem spondenti post sationem. Quernas arbores. Quedam adiectiua apud poetas pro necessitate: quedam pro concentu formantur: vt a corulo colurnus: a quercu quernus: a ficu ficulnus. Purpureum nemus. periphrasis est agri floridi seu herbarum floriferarum.

¶ Prosa sexta primi libri.

S. thomas P Rimuz igitur patieris. Hec est sexta et vltima prosa huius primi in qua philosophia inquirit causam radicalem infirmitatis Bo. ex quibusdam interrogationibus. Et primo philosophia captat beniuolentiam Boe. Secundo ponit suas interrogationes ibi. Tum illa. Dicit primo. anteꝙ adhibeam tibi remedia. ne pro nunquid pateris id est admittis me philosophiam primum pauculis rationibus id est interrogationibus attingere per cognitionem atq; tentare id est rimari statum id est dispositionem tue mentis vt intelligam id est cognoscaz quis sit modus curationis id est sanationis. vero pro sed ego Boe. inꝙ id est dixi tu philosophia rogato id est interrogato tuo arbitratu id est secundum tuam voluntatem que voles: vt pro sicut responsurum id est volentem respondere. ¶ Nota ꝙ philosophia more boni medici non solum scrutatur causas doloris per signa extrinseca sicut medici per vrinam et pulsuz quia hec signa quandoq; fallunt: sed etia zscrutatur causas doloris Boetij per responsionez ad questiones: et primo captat eius beniuolentiam reddendo ipsum attentum per hoc quod dicit pauculis rogationibus. ¶ Nota ꝙ infirmi habent naturalez impotentiaz nihil patiendi: ergo ex facili ɔturbātur nō solū p multas īterrogatōnes sz ex vna sola. Volēs g̃ phia mouē paucas q̄stiones Bo. p̄mo captat eiꝰ beniuolētiā. Tum illa. Hic phia ponit interrogatio

vero arbitratu inq̃ tuo q̃ voles vt responsurũ rogato. Phi. Tum illa. Hunccine inquit mundum temerariis agi fortuitisq̃ casibus putas? An nullũ credis ei inesse regimẽ rõnis? Boe. Atq̃ inq̃ nullo existimauerim mõ vt fortuita temeritate tam certa moueant. Verũ opi suo ɔditorẽ presidere deũ scio. nec vnq̃ fuerit dies qui me ab hac sentẽtie veritate depellat. Phi. Ita est inquit. Nam id etiã pauloãte cecinisti: hominesq̃ tm̃ diuine exortes cure esse deplorasti. Nam de ceteris quin ratione regerentur nihil mouebare. Pape autẽ vehementer ãmiror: cur in tam salubri sententia locatus egrotes. Veruz altius perscrutemur nescio q̃d abesse cõiecto. Sed dic mihi qm̃ a deo mundũ re

nes. Secundo causas totius infirmitatis ex responsionibus Boe. recolligit. Tertio ostendit ipsz curabilez esse dando modum procedendi circa curationem eius. Secunda ibi. Quare plenissime vel egritudinis tue rationem ꝛc. tertia ibi. Sed sospitatis auctori. Primo philosophia querit de mundi gubernatione. secundo de circunstantiis gubernationis: ibi. Sed dic mihi. Adhuc diuiditur: quia primo phia querit. Scdo Boe. respondet. Tertio philsophia eius responsionem approbat dicens.

Ergo o Boeti putas hunc mundum agi id est regi temerariis q̃ pro et fortuitis casibus id est euentibus. an idest nunquid tu credis nullum regimen rationis id est prudentie diuine inesse ei mũdo: Ego Boetius inq̃ id est dixi Atqui id est certe non estimauerim id est putauerim vllo modo vt tam certa entia moueantur id est regantur fortuita temeritate idest improuisa: sed scio deuz conditorem id est creatorem presidere suo operi id est creationi. nec dies fuerit vnq̃ idest in aliquo tempore qui dies depellat id est remoueat me Boetium ab hac veritate sententie iam dicte Tunc philosophia approbans eius responsionem dicit. philosophia inquit id est dixit. ita est. nam tu cecinisti id est dixisti etiam illud pauloante id est in quinto metro huius primi: q̃ pro et tu deplorasti id est planxisti tantuz id est tantummodo ipsos homines esse exortes. i. carentes vel non participes diuine cure id est diuine prouidentie. namq̃ pro quia tu nihil mouebare id est dubitasti de ceteris supple creaturis quin regerentur ratione supple prouidentia diuina. autem pro sed: pape est interiectio ammirantis. ego ammiror vehementer q tu locatus idest positus in tam salubri sententia egrotes idest langueas. veruz pro sed nos perscrutemur altius idest profundius: ego nescio quid supple sit illud quod ego coniecto id est opinor abesse tibi quid id est aliquid. ¶ Nota q infirmitas Boetii partim fuit ex inordinata affectione. inquantum enim Boetius doluit de temporalium rerum amissione: et partim fuit ex falsa existimatione quantum ad duo. Existimabat enim malos homines esse felices et potentes. Secundo existimabat homines non regi a diuina prouidentia. ergo philosophia inquirit causam radicalem propter quam Boetius incidit in istas incommoditates. et quia radix totius morbi fuit ignorantia diuine gubernationis q̃tum ad homines: ideo primo querit de mundi gubernatione. ¶ Nota q Boetius innuit duas rationes q mundus regatur a deo. Primam ibi. Tam certa. que talis est. Ea que sunt certa et determinata non reguntur a casu et fortuna cum regimen talium sit incertum: sed entia huius mundi sunt certa quia a certis causis producta. Secundã rationem innuit ibi. Verum operi suo: que talis est. Causatum regitur a sua causa sed deus est causa mundi cum ab ipso dependeat celuz et tota natura: ergo ꝛc. ¶ Nota philosophia rationabiliter miratur q Boetius credens mundum regi a deo putabat homines non regi ab ipso: quia posset philosophia sic arguere. Deus regit mundum secundum te Boe. sed homines sunt principalis pars mundi sicut prius dixisti in metro. Operis tanti parsq̃ non vilis. ergo homines reguntur a deo. ¶ Sed dic mihi quoniam a deo mundum regi. Philosophia querit de circunstantiis gubernationis mundi

secundo q: res gubernate diriguntur in suum finem: ideo secundo querit de fine rerum: et q̄a gubernatio dei s̄m rei veritatem etiam est apud homines: ideo tertio querit de cognitiōe hominis. secunda ibi. Sed dic mihi. tertia ibi. Sed hoc quoq;. Primo dicit. Sed o Bo. dic mihi philosophia quoniam non ambigis: id est non dubitas mundum regi: idest gubernari a deo etiam nunquid aduer tis: idest cognoscis quibus gubernaculis mundus regatur? Ego Boe.

gi non ambigis: quib⁹ etiā gubernaculis regatur aduertis? Boeti. Uix inq̄ rogatōis tue sētentiā nosco. nedū ad inquisita r̄ndere nequeā. Phi. Num inquit fefellit abesse aliqnid per qd velut hiante valli robore in animum tuum perturbationum morbus irrepserit? ¶ Sed dic mihi meministi ne quis sit rerum finis: quove totius nature tendat intentio? Boe. Audieram inq̄: sed memoriam meror hebetauit. P. Atqui scis vnde cuncta processerint? Boeti. Noui inq̄ deumq; esse respōdi. Phi. Et qui fieri potest: vt principio cognito quis sit rerum finis ignores? Uerum hi perturbationum mores et ea valentia est: vt mouere quidem

inq̄: idest dixi. vix nosco sententiam: idest intellectum tue rogationis: idest tue interrogationis nedum: idest adhuc non queam: idest non possum respondere ad inq̄sita: idest interrogata sup. philosophia inquit: idest dixit non fefellit: idest non decepit me sup. philosophiam abesse: idest deficere tibi aliquid per quod velut hyante idest patente robore: idest firmitate valli. i. munitionis: mo:b⁹ p̄turbationum irrepserit: idest subintrauerit in tuum animum. q. d. nunquid enim verum fuerit quod predixi tibi aliquid abesse p̄ quem defectum dolor intrauit te sicut apertum ostium. ¶ Nota q̄ deus non regit mundum aliquibus gubernaculis extrinsecis: quia sic nō esset p̄ se sufficientissimus: sed regit ip̄m sua potētia q̄ attribuitur patri: sua sapientia que attribuit filio: sua pietate ⁊ clementia que attribuitur spirituisancto: ⁊ de h̄ patebit in scdo hui⁹. ¶ No. illō qd̄ aliq̄s hō vix intelligit aliq̄ modo intelligit lz cum difficultate. Ex hoc ergo q̄ Boetius dicit se vix intelligere interrogationē philosphie innuit se aliq̄ modo itelligere: tamen cum difficultate, p̄pter dolorem opprimentem rōnem: ⁊ iō respondere nō potuit. ¶ Nota qñ robur valli alicui⁹ munitionis hyat p̄pter aliquā rupturam in eo factam: tunc hostes ingrediuntur munitionem. sic a simili quando munitio rationis qua animus munitur tanq̄ vallum hyat, p̄pter defectum alicuius cognitionis: tūc necessario p̄turbationes affectū subintrant aīm. ¶ Sz dic mihi meministi ne. Hic phia q̄rit de cognitione finis rerum dicens. Dic mihi ne. i. an meministi. i. recorderis q̄s sit finis rerum sup. oīm: ve, p vel quo. i. ad quem finem intentio toti⁹ nature tendat. i. laboret. ego Boe. inq̄. i. dixi: audieram sup. olim sz meror idest perturbatio hebetauit: idest obscurauit memoriam: idest intellectum. Atqui, p certo scis vnde cuncta: idest omnia entia processerint: idest principium suum habuerint. ego Boe. inq̄ i. dixi noui q;, p et respondi deum esse principium oīm rerum. ⁊ dicit philosophia: qui. i. quomodo potest fieri hoc vt cognito: id est noto principio scilicet omnium rerum ignores: id est nescias quis sit finis rerum sup. omnium. verum pro sed hi mores perturbationum et ea valentia: id est vigor vel potestas perturbationum est vt quidem: id est certe possint mouere hominem loco: id est a stabilitate perfecte cognitionis: autem pro sed non possunt euellere supple radicitus q; pro et extirpare: id est eradicare sibi totum. ¶ Notandum philosophia consequenter et rationabiliter querit Boe. an cognoscat finem omnium rerum: quia finis est causa causarum. et est optimum cuius gratia alia fiunt: propter quod ignorato fine nihil perfecte cognoscitur eorum que sunt ad finem. nam s̄m exigentiam finis cetera moderantur. ¶ Nota quando principium et finis concidunt in vnum sicut in circulo idem est principium et finis: tunc videtur mirabile q̄ tunc principium cognoscatur et finis ignoretur. cum ergo

Uix

Finis

loco hominem possint euellere autem sibique to-
tū extirpare non possunt. ¶ Sed hoc quoque re-
spondeas velim hominem ne te esse meministi?
Boe. Quid ni inq̄ meminerī? Phia. Quid igi-
tur hō sit poteris ne proferre? Boe. Hoccine in-
terrogas: an eē me sciam rōale aīal atque mor-
tale. Scio ⁊ id me esse confiteor. Phi. Et illa.
Nil te aliud esse nouisti? Boe. Nil. Phi. Iam
scio inquit morbi tui aliam vel maximam cau-
sam quid ipse sis nosse desiisti. ¶ Quare ple-
nissime vel egritudinis tue rationem vel adi-
tum reconciliande sospitatis inueni. Naz quo-
niam tui obliuione confunderis: et exulem te
⁊ expoliatū propriis bonis esse doluisti. Quo-
niam vero quis sit rerum finis ignoras: nequā

deus sit principium et finis omnium rerum: cognito ipso sub rōne principij videtur etiaz sub ratione finis. ꝙ aūt deus sit principiū omnium pz: q: ab ipso deriuatū est singulis esse ⁊ viuere primo celi ⁊ mundi. ꝙ aūt sit finis oīm patet: quia gratia eius omnia fiunt ⁊ ad ipsum ordinā-tur. nam in rebus constantibus ex arte ⁊ natura semper vilius est propter melius. deuz autez est optimum eorum que in natura sunt. Ex prohemio Metaphisice. ¶ Nota licet perturbati aliqualem cogitionem rerum ha-beant: tamen impediuntur ne p-fecte cognoscant. lz ergo Boeti-us aliqualiter cognouerit deum esse principium rerum: tamen q̄a turbatus fuit: perfecte naturā hu-ius principij non cognouit: et iō ignorauit ipsum esse finem reruz ¶ Nota ꝙ passio est motus parti-cule appetitiue sub fantasia boni ⁊ mali: ſm Eustratium scdo ethi-corum. ⁊ ibi sunt mores passionuz ꝙ possunt homies mouere a sta-bilitate perfecte cognitionis: sed totaliter ipsum non possunt euel-lere ab omni cognitione. ¶ Sed hoc quoque respondeas velim. hic philosophia facit aliam iterroga-tionem de cognitione humāe na-ture dicens. Sz ego etiā velim tu respondeas. i. responsum des hoc idest ad hoc. ne pro nūquid tu me ministi: idest scis te esse hominez. Ego Boetius inq̄ idest dixi q̄d: idest propter quid non meminerī idest sciuerim. ⁊ querit vlteri⁹ phi-losophia. Igitur ne: idest nūquid poteris proferre: idest dicere q̄d sit homo: idest diffinitionem ho-minis. Respondet Boe. Nunq̄d philasophia tu interrogas me hoccine: idest hoc an. i. vtrum sciam me esse rationale atque ꝑ et mortale animal. ego Boetius scio et confiteor: idest fateor me esse hoc supple animal ratio-nale ⁊ mortale. Et illa supple philosophia dicit ne pro nunquid nihil nouisti te esse aliud q̄ a-nimal rationale mortale. dicit Boetius nihil supple philosophia inquit: idest dicit. Iam ego scio aliam causam supple q̄ ignorantiam diuine prouidentie vel maximam causam tui morbi et tu desiisti: idest cessasti nosse: idest noscere quid sis. ¶ Nota licet homo sit mortale ſm corp⁹ non tamen ſm animam intellectiuam que est dignior pars hominis. Et quia Boetius dixit se esse nihil aliud q̄ animal rationale et mortale: ideo non quesiuit nisi bona mortalia de quo-rum bonorum amissione doluit non curans partem immortalem scilicet animam rationalez cuius debuit appetere bona immortalia: ideo philosophia dicit ꝙ Boetins se non nouerit. ¶ Nota ꝙ causa maxima morbi hominis est seipsum ignorare: quia dicit Boetius secūdo hu-ius prosa quinta ꝙ conditio humane nature est cum sese cognoscat ꝙ ceteras res excellat. cū autem nosse se desierint eadem natura infra bestiam redigatur in nam ceteris animantibus se-se ignorare naturaliter est hominibus vero vicio venit. ⁊ dicit Themistius super de aīa. Quid turpius est anime cum sit et aliorum cognoscitiua q̄ si suiipsius est ignara. Animam seipsam ignorans quomodo de aliis fida putabitur cognoscitiua: quasi diceret nullo modo. ¶ Quare plenissime. Hic philosophia ex dictis Boetij recolligit omnes causas totius īfirmitatis ei⁹ dicens. Quare pro igitur ego philosophia inueni plenissime et perfectissime rationem: idest causam tue egritudinis: idest infirmitatis: vel inueni aditum idest accessum reconciliande so-

Seipsum ignorare

spitatis id est recuperande sanitatis tue. quod declarat. Nam pro quia quoniam tu confunderis idest confusus es obliuione id est ignorantia tuijpsius: tu doluisti te esse exulem qꝫ pro et expoliatum id est priuatum proprijs bonis id est diuitijs: quoniam pro quia tu ignoras id est nescis quis sit finis omnium: tu arbitraris idest putas neqꝫ id est malos atqꝫ pro et nepharios idest iniquos homines esse potentes qꝫ pro et felices. Quoniam pro quia tu oblitus es

homines atqꝫ nepharios potētes felicesqꝫ arbitraris. Quū vero quib⁹ gubernaculis mundus regatur oblitus es: has fortunaruz vices estimas sine rectore fluitare: magne n̄ ad morbū modo verū ad īteritū quoqꝫ cause. ¶ Sz sospitatis auctori grates: ꝙ te nōdū totū natura destituit. Habemus maximuz tue fomitem salutis veraz de mundi gubernatione sententiā ꝙ eā non casuuz temeritati: sed diuine rationi subditā credis. Nihil igitur pertimescas. Jaz tibi ex hac minima certe scintillula vitalis calor illuxerit. Sed quoniā firmiorib⁹ remedijs nonduz tempus est vti: et eam mētium constat esse naturam: vt quotiens abiecerint veras: falsis opinionibus induantur: ex quibus

quibus gubernaculis idest regiminibus ipse mundus regatur: tu estimas id est opinaris res id ē istas alternationes fortunarum id est rerum fortuitarum fluitare id est vagari sine rectore: iste sunt magne cause non modo idest nō solum ad morbum verum pro sed sunt ad interitum idest ad mortez vel ad perditionem anime. ¶ Nota homo seipsum ignorans extra limites recte rationis positus est et talis dicitur exul vt prius visuz est. ¶ Nota homo seipsum ignorarans tantum se estimando esse mortalem dolet de amissione rerum mortalium. ergo dicit philosophia: quia tu obliuione confunderis: exulem te: et expoliatum proprijs bonis doluisti.

vbi adiuuatur a finalitate ne sonus eius correpte proferatur: ideo non dicitur pes citus sicut iambus cuius breuis in principio posita non adiuuatur per finalem sonoritatem. Simili de causa consolantes in propriam vocem exeunt: semiuocales dicuntur: que vero in sonum vocalis fere dicuntur mute. sed hec hactenus. Consuetius profertur iambus tryssyllabum et credo vitiose bissyllabum ab alexandro poni: non sine auctoritate et exemplis id asserens: que si afferre cogat: non fecero commentarium vt institui: sed prolixā narrationem. Euripus est quedam maris pars inter phocidem boetie partem et euboiam insulam sita qđ septies in die totidem qꝫ nocte refertur: et adeo immoderate conuertitur: vt et ventos et plena. ventis nauigia secū porte. vnde Seneca ī hercule etheo Euripus vndas flectit instabiles vagas: septemqꝫ cursus flectit et totidem refert. Dum lassum titaꝫ mergat oceano iubar. Huius rei causam liuius libro. viij. de secundo bello punico ventis contribuit: cum tamen alij constanti fide dicatur se eiusmodi agitationes etiam sine ventis effectas vidisse. Cetera nota puto. Dependet tamen (ne quem lateat) cum superior prosa carmen hoc: tam assumptionis seu minoris propositionis approbatio. vnde fiat sillogismus talis. Qualiscumqꝫ domini imperio te regendum summisisti: eius mores feras oportet. Sed fortune instabilis domine imperio te summisisti: ergo eius mores feras oportet. Minorem quo ad alteram partem: videlicet ꝙ se imperio fortune submiserit: coacessit boetius conquestus de eius perfidia. Quo ad alteram autem partem idest quo ad instabilitatem eius nunc probat philosophia: ostendens eam etiam cum impietate continue mutari: et quasi septies vt euripum affluere et refluere. Euripus

¶ Prosa secunda secundi libri.

Vellē aūt pauca tecū fortune ipsi⁹ verbis agitare. Tu igit͛ an ius postulet aīaduerte. ¶ Quid tu o homo reā me quotidianis agis querelis? Quam tibi fecimus iniuriam? Que tibi tua detraximus bona? Quouis iudice de opū dignitatū qꝫ mecū possessione ꝯtende. Et si cuiusqꝫ mor-

¶ Prosa secunda secundi libri.

Vellē aūt pauca. Hic incipit ꝓsa secūda huius secundi in qua philosophia probat Boetio non esse conquerendum de fortuna quia nihil sibi abstulit: et introducit fortunam alloquentem Boe. Et diuiditur: quia primo persuadet Boe. introductionem fortune. Secundo introducit eam: ibi. Quid tu o homo. Primo philosophia dicit. o Boe. ego philosophia vellem tecum pauca agitare idest discutere verbis ipsius fortune. tu vero animaduerte an ius idest iusticia postulat hoc. ¶ Nota ꝙ similitudo orationis quandoqꝫ generat fastidium: ideo quandoqꝫ ipsam oportet mutare. vnde Tul. iiij. li. rhetorice dicit. Sermonem in dicendo commutari oportet vt facile satietas varietate vitetur. ideo philosophia hic variat orationem per introductionem noue persone vtendo prosopopeya: que figura a Tullio vocatur conformatio. persuadet igitur philosophia Bo. introductionem fortune dicens. Vellem autem ꝛc. ¶ Quid tu o homo. Hic philosophia introducit fortunam alloquentem Boe. que ostendit querimoniam eius esse iniustam quia nihil sibi abstulit. Primo ergo fortuna ostendit ꝙ nihil Boe. iniuste abstulit. secundo quandam responsionem Boe. excludit ibi. An tu mores. Primo ergo facit quod dictum est: et tunc secundo respondet tacite questioni. primo dicit fortuna ad Boetiuꝫ. o tu homo quid agis idest vexas vel facis me ream quotidianis idest assiduis querelis quasi dicat facere non deberes. quam tibi fecimus iniuriam. q. d. nullam. que tua bona tibi detraximus. q. d. nulla. contende mecum in iudicio de possessione opum et dignitatum coram quocunqꝫ iudice: et si monstraueris aliquid esse ꝓprium hoꝝ bonoꝝ cuiusqꝫ mortaliū: ego spōte concedam tibi ea que repetis fuisse tua. ꝙ aūt non sint tua nec alicui⁹ homīs ꝓpria probo ti- S. thomas

taliū ꝓpꝛiū q̇d hoꝝ eē mōstrauer̄: ego ea tua fuisse que repetis spōte concedā. Cū te matris vtero natura ꝓduxit: nudū rebus oībus inopē qꝫ suscepi: te meis opib⁹ foui: ⁊ qđ te nūc impatientē nostri facit: fauoꝛe ꝓna indulgenti⁹ educaui. Et oīꝫ que mei sunt iuris affluētia ⁊ splēdoꝛe circūdedi. Nūc mihi retrahere manū libꝫ habes gratias velut vsus alienis nō habes ius q̄rele: qꝫqꝫ tua ꝑdideris ꝓꝛsus. ¶ Quid ergo ingemiscis: nulla tibi a nobis illata est violētia. Opes honoꝛes: ceteraqꝫ talium mei sunt iur̄: dn̄am famule cognoscūt: mecū veniūt: mecū discedūt. Audacter affirmē si tua forēt q̄ amissa ꝯquereris nullo modo perdidisses. ¶ An ego sola meū ius exercere ꝓhibeoꝛ: Licet celo proferre lucidos dies: eosdēqꝫ tenebꝛosis noctib⁹ condere. Licet anno terre vultū nunc floꝛibus frugibusqꝫ redimire: nūc nibis frigoꝛibusqꝫ cō

hi: quia cum natura pꝛoduxit te de vtero matris ego suscepi te nudum et inopem idest carentem omnibus rebus: et foui te meis opibus. et ego pꝛona idest pꝛompta educaui idest nutriui te indulgentius idest clementius fauoꝛe idest clementia mea: quod te nunc facit impatientem nostri idest contra nos. quia si Boe. a pꝛincipio non fuisset nutritus pꝛosperitate fortune non fuisset impatiens de amissione eius. et subdit. Ego circundedi te affluentia et splendoꝛe omnium bonoꝛum que sunt mei iuris idest potestatis. nunc autem libet idest placet mihi retrahere manuꝫ: tu habes gratias idest mihi referre grates tanqꝫ vsus alienis: non habes ius querele qꝫqꝫ tua perdideris ¶ Quid ergo ingemiscis querulando: nulla tibi a nobis illata est violentia: opes: honoꝛes: et cetera talium sunt mei iuris id est potestatis. et famule mee scilicet honoꝛes et potestates cognoscunt me dominam. mecum veniunt: mecum discedunt. audacter affirmē si tua forent que conquereris amissa nullo modo ea perdidisses. ¶ Nota qꝫ tota ratio foꝛtune in hoc consistit. nulli manet rationabilis querimonia de eo qui nihil alioꝛum aufert sed pꝛopꝛia pꝛo suo libito disponit: sed foꝛtuna nihil abstulit quod erat Boetij: sed pꝛopꝛia disponit pꝛo suo libito: ergo ⁊c. ¶ Nota đ hoc quod dicit que tibi tua. Sene. dicit in de remedijs. Non est tuum quod foꝛtuna fecit esse tuum. Alienum est omne q̇cquid optando euenit. et nihil ipsius pꝛopꝛiuꝫ putari licet qđ eripi potest. ¶ Nota qꝫ homo pꝛoducitur nudus ex vtero matris. per h̄ innuitur l magna eius miseria. si enim homo nudus nascitur et nullo indigeret minus esset miser. sed quia nudus nascitur nihil possidens et pluribus indigens ideo magis miser est. Unde pauper henricus. Pꝛimit⁹ in mundo tecum tua quanta tulisti. Nudus eras pꝛimo et postea nudus eris. ¶ Nota qꝫ bōa exterioꝛa nō sunt pꝛopꝛia hominis: quia dicit Sene. Nihil pꝛopꝛium dicas qđ mutari potest. foꝛtuna reposcit qđ dedit. donum qđ dari potuit auferri potuit. et qđ foꝛtuna non dedit non eripit. ¶ An ego sola meum. Hic respondet tacite questioni. diceret aliquis foꝛtune. licet bona exterioꝛa sint tua: tamen postqꝫ ea homini contulisti non deberes amplius auferre. huic questioni respondet foꝛtuna dicens qꝫ h̄ esset contra ius et contra naturam suam quam nullus debet sibi auferre: immo debet vti sicut cetere res vtuntur sua natura. vnde dicit. Nunquid sola pꝛohibeoꝛ exercere ius meum: cum omnia alia exercent naturam suam. qđ declarat: quia licet idest licitum est celo pꝛoferre lucidos dies et eosdem condere idest abscondere tenebꝛosis noctibus. et licet anno redimere id est oꝛnare vultum idest superficieꝫ terre nunc idest aliquando floꝛibus sicut in vere: nunc frugibus sicut in estate: nunc confundere eum nimbis pluuijs et frigoꝛibus sicut in autunno et hyeme. ius idest natura est mari nunc idest aliquando scilicet tempoꝛe sereno blandiri idest blādū esse equoꝛe strato id est pacifico: sed tempoꝛe tempestatis inhoꝛrescere idest hoꝛridū ap

parere procellis ac fluctibus.i.inundationibus.nunquid inexpleta.i.insatiabilis cupiditas hoīm alligabat nos ad constantiam alienam nostris moribus.q.d.non.⁊ enim hec est nostra vis.i.naturalis potestas.hunc ludum continuum.i.omni tempore continue ludimus. rotam versamus volubili orbe.i.veloci circulatione.⁊ nos gaudem⁹ mutare īfima.i. aduersa summis i.prosperis: ⁊ summa infimis.i.prospera aduersis. Tu Boe. ascende rotam nostram si placet sed ea lege.i. conditione vti.i. vt ne putes tibi fieri iniuriam si contingit te descendere: cum rō mei ludicri.i.ludi iocosi hoc poscet.

fundere. Jus est mari nunc strato equore blandiri: nunc procellis ac fluctibus inhorrescere. Nos ad constantiā nostris moribus alienā inexpleta hoīz cupiditas alligabit: hec nr̄a vis est hunc continuū ludū ludimus. Rotā volubili orbe versam⁹: infima summis summa īfimis mutare gaudem⁹. Ascēde si placet: sz ea lege ne vti cū ludicri mei ratio poscet descēdere iiuriā putes. ¶ An tu mores ignorabas meos? Nesciebas Cresum regē lydorū Cyro pauloāte formidabilem mox deinde miserandū rogi flāmis traditū misso celitus imbre defensuz. Nūc te preterit Paulū persi regis a se capti calamitatibus pias impēdisse lachrymas. Quid tragediarū clamor aliud deflet nisi īdiscreto ictu

¶ Nota ꝙ quelibet res ī sua naturali operatiōe delectat̄: frustra ḡ laborat qui naturam rei auferre conatur: cum natura non assuescat in contrariū. Unde paup̱ hē ricus. Nōne sua lege q̇s sicvtatur ⁊ arte. Nō si sors' dederit vtitur oīs homo. Miles equis: piscator aquis: ⁊ clericus hymnis. Nauta fretis: pugiles marte: poeta metris. Rusticus arua parat: numerat mercator auarus. Uirgo legit flores: stultus amator amat. Seminat in spinis nature iura retractans. ¶ Nota dicit cupiditatem hominum esse inexpletam: quia dicit Aristoteles secundo politicorum. Infinita est concupiscentia hominum ad cuius repletionem multi viuunt. Et Sene.xvi. ep̄la. Naturalia desideria finita sunt. Ex falsa enim opinione nascentia vbi desinant non habēt.⁊ lxiij.ep̄la. Oīa aliquis contēnere pōt: oīa aūt habere non potest. ¶ An tu mores ignorabas meos Hic fortuna excludit quādam responsionē Boetij.posset eñ dicere Boetius. O fortuna ego ꝯquest⁹ sum de tua mutabilitate q: ignoraui mores tuos. Hanc eñ responsionē excludit fortuna p̱ plura nota Boe. ex q̇b⁹ poterat perpēdere mores ⁊ stabilitatē suā: ⁊ dicit. Nūq̇d tu ignorabas mores meos.q.d.nōne sciebas quō cresus rex lidoꝝ q̇ prius erat formidabilis cyro regi p̱saruz: sz postea captus fuit a cyro ⁊ traditus ignibus ad cremandū: sed imbre misso celitus fuit defensus ⁊ euasit. Nūq̇d etiā preterit te quomodo paulus consul romanus fudit pias lachrymas super calamitatibus: idest miserijs persi regis quem captiuauerat.quid enim aliud deflet clamor tragediarū: idest poematum reprehendentium vitia hominum nisi me fortunam vertentem felicia regna indiscreto ictu.i.incerto euentu.nonne existens adolescentulus didicisti iacere in limine.i.in domo iouis duo dolia vini: vnum quidē bonum: aliud autem malum.de quib⁹ oportuit vnūquēq; intrantem gustare.q̇d conqueris si vberius de bonorum parte sumpsisti.quid conquereris si a te non tota dicessi.quid conquereris si hec ipsa mei mutabilitas est tibi iusta causa sperandi meliora.i.p̱spera.tñ ꝓ certe non tabescas.i.deficias animo: ⁊ tu locat⁹ intra cōe regnū oībus.i.in mūdo desideres viuere ꝓprio iure: q: hoc esse non pōt vt eximaris a cōi lege hominū. ¶ No.ꝙ cū cresus rex lidoꝝ esset pugnatur⁹ ꝯ regē p̱saꝝ ipse ꝯsuluit apollinē d̄ successu pugne q̇ rn̄dit hmōi versiculo. Cresus perdet alim transgressus plurima regna. Aliz est fluui⁹ quidaz quē versiculū Cresus sic intellexit ꝙ cresus transgressus alim p̱det.i. destruet plurima regna ipsi⁹ Cyri. sz apollo sic intellexit. Cresus trāsgressus alim p̱det.i.amittet plurima regna sua.⁊ Cresus

hoc contigit. nam ipse cũ transgressus esset alim vict⁹ est a Cyro ⁊ in ignem posit⁹: sȝ tãta inũ-datio pluuie facta fuit ꝙ extinct⁹ fuit ignis ⁊ euasit: de quo cũ multũ gloriaret: dixit filia sua nomine Fama. O pr̃ expecta vltimã diẽ: ante quã non est gloriandum. Quadaȝ vero nocte vidit Cresus in somno ꝙ esset super altã arborẽ vbi Jupiter eũ rigabat ⁊ phebus eum siccabat: quod somnum cũ retulisset filie sue respondit filia. tu eris captus a Cyro ⁊ in cruce suspensus: vbi Jupiter .i. pluuia te rigabit et phebus .i. sol te siccabit: qđ ad vltimum contigit: ex quo põt ꝑpendit mutabilitas fortune. ¶ Nota ꝙ paul⁹ consul roman⁹ miss⁹ fuit contra regẽ persarum q̇ erat supbissimus hoim. cũ autem ipm deuicisset considerãs ꝓsperitatem pteritã ⁊ aduersitatẽ pñtẽ eius mot⁹ pietate fleuit super ipsum ⁊ dimisit eũ ex quo similiter ꝑpenditur mutabilitas fortune. ¶ No. ꝙ tragedia est carmẽ reprehẽsiuũ viciorũ incipiens a ꝓsperitate definens in aduersitatem: ⁊ dr̃ a tragos grece qđ est hyrcus latine ⁊ odos cantus qȝ cant⁹ hmõi carminis hyrco remunerabat. ide dicũtur tragedi poete: qȝ antiqua gesta ⁊ facinora sceleratoꝝ regũ luctuoso carmine pp̃lo spectante .i. respiciente cõcinebant sicut dicit Isidorus li. ethimologiaꝝ. ¶ No. ꝙ homerus volens oñdere mutabilitatem fortune describit in domo iouis iacere duo dolia vini: vnũ bonũ: aliđ malum: ⁊ oẽs intrantes domũ de vtroqȝ oportebat gustare: sȝ quosdã plus de bono: quosdã vero plus de malo. ⁊ hec descriptio publice depingebat athenis ĩ tẽplo iouis vbi Ho. studuit adolescens existens: sicut ipse testat in de scholariũ disciplina. Per domũ aũt iouis homer⁹ significabat mundũ. per duo dolia ꝓsperitatẽ ⁊ aduersitatẽ: ⁊ omẽs qui viuunt in mundo de vtroqȝ gustant: quidam pl⁹ de ꝓsperitate: quidam pl⁹ de aduersitate. ¶ No. dicit fortunã vertentia felicia regna. dicit Gaufredus in poetria. Docvnũ prescire potes ꝙ nulla potestas esse morosa põt: qȝ res fortuna secundas impat eẽ breues. fiuis exẽpla: priores Respice fortũas: enarrãt illa prioꝝ: Florida ꝓsperitas minos subuertit athenas: Ilion atrides: magne cartagis arces Scipio: sȝ multi sunt romani alia fati. Tpe versa breui: breuis est distantia leti: Ominis ⁊ mesti: nox est vicina diei. Nec aliena docent ⁊ te tua facta docebunt.

Paulus

Duo dolia Jouis

fortunã felicia regna vertentẽ? Nõne adolescẽtulus duo dolia: vnum quidẽ malum aliud autẽ bonũ in iouis limine iacere didicisti? Quid si vberius de bonorum parte sumpsisti? Quid si a te nõ tota discessi? Quid si hec ipa mei mutabilitas iusta tibi causa est sperãdi meliora? Tamen ne animo contabescas ⁊ itra cõmune oĩb⁹ regnũ locat⁹ ꝓprio iure viuere desideres.

Ascensius

Agere verbis

Ellem aũt ⁊c. fortune verbis .i. quibus vteretur fortuna si ipa tecuȝ loqueretur. Est aũt honesta locutio ⁊ apud disertos frequens. ago tecum verbis populi: aut senatus ⁊c. Tu igitur an ius postulet animaduerte. horum verborum sensus apertior esset si suppositum illius verbi postulet: poneretur fortuna vt sit: ego vellem tecum agere pauca verbis fortune: tu igitur animaduerte an fortuna postulet ius .i. qđ iustũ est si tecũ ita loqueretur quid tu ⁊c. Est aũt sermo proprius. Nam vt grãmatici pitiores docent poscim⁹ rẽ debitam ⁊ honestam. Petim⁹ precando ⁊ humiliter: postulam⁹ ea que iusta sunt ⁊ nobis iure q̃dam debita. ¶ Quid tu o hõ ⁊c. figurate sunt hmõi interrogationes: ⁊ amaritudinis plene: q̃ responsum non poscũt: nisi forte negatiuũ: quib⁹ indignatis ⁊ multum iratis vti solent: quocirca apte dantur hic fortune vt multum lacessite ob mustas q̃relas boetij. habes gratias velut vsus alienis: ego legerem habe gratias: ⁊ ita scriptũ reperi in quibusdam: sed interpres (forte similitudine verbi sequentis illectus vbi legendum est non habes ius ⁊c.) Voluit legere habes et subaudire referre vel agere. Nudum rebus omnibus. De hac miseria humana Plinius libro septimo naturalis hystorie capitulo primo Graphice scribit. Cuius verba sunt hec statim post principium libri. Cum omnia exequi humanus nequeat animus. Principium iure tribuetur homini: cuius causa videtur cuncta alia genuisse natura: magna et seua mercede contra tanta sua munera: vt non sit satis existimare: parens melior homini an tristior no-

Postulare

Interrogatio figurata

Miseria humana

nerca fuerit. Ante omnia vnum animantium cunctorum aliena alienis velat opibus: ceteris varie tegumenta tribuit: testas: cortices: coria: spinas: villos: setas: pilos: plumam: pennas: squamas: vellera. Truncos etiam arboresque cortice interdum gemino a frigoribus et calore tutata est. hominem tantum nudum et in nuda humo natali die abijcit ad vagitus statim et ploratum. Nullumque tot animalium aliud ad lacbrymas: et has protinus vite principio. At hercule risus precox illi et celerrimus ante quadragesimam diem nulli datur. Ad hoc lucis rudimento: quod ne feras quidem inter nos genitas vincula excipiunt: et omnium membrorum nexus: atque infeliciter natum: iacet manibus pedibusque deuinctis flens: animal ceteris imperaturum: et a supplicijs vitam auspicatur: vnam tantum ob culpam: quia natum est. Heu dementia ab his initijs existimantium ad superbiam se genitos. Prima roboris spes: primumque temporis munus quadrupedi similem facit. Quando homini incessus? Quando vox? Quando firmum cibis os? Quando palpitans vertex: summe inter cuncta animalia imbecillitatis indicium? Jam morbi tot atque medicine tot contra mala excogitate: et he quoque subinde nouitatibus victe? Cetera sentire naturam suam: alia pernicitatem vsurpare: alia prepetes volatus: alia vires: alia nape: hominem scire nihil sine doctrina: non fari: non ingredi: non vesci breuiterque non aliud nature sponte quam flere. Itaque multi extitere qui non nasci optimum censerent: aut quam ocissime aboleri. Vni animantium luctus est datus. vni luxuria: et quidem innumerabilibus modis ac per singula membra. Vni ambitio. Vni auaricia. Vni immensa viuendi cupido. Vni superstitio. Vni sepulture cura atque etiam post se defuture. Nulli vita fragilior: nulli rerum omnium libido maior. Nulli pauor confusior. Nulli rabies acrior. Denique cetera animantia in suo genere probe degunt. Congregari videmus: et stare contra dissimilia. Leonum feritas inter se non dimicat. Serpentum morsus non petit serpentes. Ne maris quidem belue ac pisces nisi in diuersa genera seuiunt. At hercule non homini plurima ex homine sunt mala? Hec plinius. quibus satis abunde miseram conditionem nostram ostendit: cum omnium animantium nudissimi et pauperrimi nascamur: si modo ratio desit: quod tamen non sine magno beneficio dei effectum putauero. Voluit enim deus per miseriam nostram superbie fomitem nobis reprimere: et per paupertatem: misericordie materiam augere: nisi miseri sint: non esset in quo conspiciatur misericordia. Licet anno redimire: nolito legem redimere: est enim quarte coniugationis. Jus est mari &c. Seneca quoque fortune instabilitatem mari comparat: sed nota sunt eius verba. Ludicri mei. Recte declinauit. Nam valla ludicrum in secunda declinatione non in tertia proferendum docet: contra priscianum et eius imitatores vt contra alexandrum. Cresi hystoria satis diligenter exposita est: quia tamen obscuris lucem addere instituimus inuenimusque nonnullos dubitare eo quod auctorem eorum que in commentarijs sancti thome leguntur non inuenerunt: ideo non pauca addemus. Fuit itaque cresus alyctici filius genere lydus: qui primus grecos partim subegit tributis impositis: partim sibi socios asciuit: et tantum imperio: thesauris: omniumque rerum fortuna creuit vt se felicissimum dicere non dubitaret. Cum autem Solon vir sapientissimus et legum athenienfium lator pisistratum tyrannum fugiens ad eum forte se recepisset et ipse cresus se exquisitissime (vt est apud laertium) omnium ornamentorum genere composuisset: sublimique solio sedisset interrogans solonem: an pulchrius vnquam spectaculum vidisset. respondit solon se gallos gallinaceos: fasianos et pauones pulchriores vidisse. Naturali enim illi flore et incredibili speciositate vestiuntur Cresus autem alieno. Alio tempore ostentans soloni thesaurum suum: interrogauit an vidisset aliquem se beatiorem. Cui Solon. Celum inquit vidi qui liberos suscepit et vidit ex his nepotes: mortuus honestissime in bello pro patria dimicans. Item cleoben et bitbonem filios sacerdotis iunonis argiue: qui iugum subeuntes plaustro matrem dixerunt ad iunonis templum quiescentesque in ipso delubro non sunt amplius excitati: quorum effigies tanquam virorum qui optimi extitissent argis factas apud delphos collocauerunt. Cum autem cresus rursum interrogaret. Et quid de me sentis? te inquit multorum hominum regem arbitror: quod vero interrogas prius non affirmauero quam audiuero te vita bene defunctum esse: quam solonis sententiam cresus tunc non magni pendens postmodum nimis veracem cognouit. Nam cum esset potentia et animo vehemens Ciro persarum regi bellum mouit: vnde hic illi paulo ante fundabilis fuisse dicitur sed mox miserandus: quia captus et cyro oblatus iussus est viuus pyre imponi: vt totus combureretur: conuinctus compedibus: et quattuordecim lydorum clarissimis pueris superimpositis. Quo in loco memor verbi solonis quo dixe-

Redimio

Ludicrum

Cresus

rat ante supremam diem neminem beatum debere dici. sepenumero exclamauit Solon Solon. quasi diceret nimis verax mihi es. Quod Cyrus audiens sibi significari id voluit hominem que adduci: quem viuum vri mandauerat. Qua re intellecta vltionem et ipse aliquando futuram metuens creso pepercit: et flammam extingui iussit: quod cum ministri non possent: pluuia vehemens descendit: per quam cresus liberatus est: et ad cyrum ductus: percunctabatur eum: cur se inuasisset: at ille respondens Ut enim (inquit) cresus. Solutus autem apud Cyrum omnium primus consilio semper fuit: hec de creso ex herodoto libro primo excerpta sunt. Justinus autem li. primo dicit eum captum et remissum: sed modum remissionis tacet. commentum autem addit fabulosa: non tamen aspernanda omnino. ¶ De paulo autem consule et rege persarum satis frigide loquitur superior commentarius: cum neutrius nomen ponat: aliter quam in textu. Uidetur autem loqui de Lucio emilio paulo macedonico. Et de persa rege macedonie ad eum captiuo deducto: de quo valerius maximus libro. v. capit. primo. vnde legendum puto perse regis: non persi. nec fuit rex persarum sed macedonum. Hec autem pulchre recitat pli. i de viris illustribus di. Lucius emilius paulus filius eius qui apud cannas cecidit primo consulatu quem post tres repulsas adeptus erat de liguribus triumphauit. Rerum gestarum ordinem in tabula pictum publice posuit. Iterum consul persen philippi filium regem macedonum apud samotrachas cepit quem victum fleuit et assidere sibi iussit: tamen in triumphum duxit. hec ille. Preterea vbi omnes fere codices habent: duo dolia. Unum quidem malum: aliud autem bonum: meliores (qui pauci sunt) habent vnum quidem boni: aliud autem mali. Non enim dolia bona aut mala fuisse vult dicere: sed boni aut mali contentiua. Quid si hec ipsa mei mutabilitas etc. bonum argumentum contra eos qui egre patiuntur fortune mutabilitatem Nam si mutabilis non esset maneret miseris perpetuo mala: nec esset ipsis ratio meliuscula sperandi. Cetera nota sunt.

Lucius paulus

¶ Metrum secundum libri secundi.



I quantas rapidis flatibus incitus
Pontus versat arenas
Aut quot stelliferis edita noctibus
Celo sydera fulgent
Tantas fundat opes: nec retrahat manum
Pleno copia cornu
Humanum miseras haud ideo genus
Cesset flere querelas.
Quamuis vota libens excipiat deus

¶ Metrum secundum secundi libri.

S. thomas



I quantas rapidis flatibus incitus. Istud est secundum metrum huius secundi quod dicitur asclepiadeum ab inuentore: coriambicum a pede predominante: quid sit pes coriambus prius habitum est: et constat illud metrum ex primo spondeo et duobus coriambis et pirricheo vel iambo. quale metrum est illius hymni. Sanctorum meritis inclita gaudia. Secundum metrum dicitur pherecratium ab inuentore. constans ex primo spondeo. secundo dactylico. tertio spondeo vel trocheo. In hoc ergo metro fortuna conqueritur de inexpleta cupiditate hominum di. Si copia idest fortuna quam gentiles deam copiam appellabant pleno cornu fundat hominibus tantas opes quantas arenas versat idest voluit pontus idest mare incitus idest commotus rapidis flatibus idest impetuosis ventis: et si fundat tantas opes quot sydera fulgent in celo edita idest orta stelliferis noctibus. et ipsa copia non retrahat manum auferendo opes: haud pro non ideo humanum genus cesset flere. i. flendo proponere miseras querelas. et quamuis deus prodigus i. diues multi auri. i. admodum prodigi multum aurum diffundens ipse deus libens excipiat vota hominum et ornet auidos. i. cupidos clarum honoribus: tamen iam parta. i. acquisita et possessa nil videtur eis: sed seua rapacitas vorans quesita. i. acquisita pandit. i. manifestat altos hiatus. i. receptacula cupiditatis. Et tunc querit fortuna que iam frena retentent idest detineant certo fine cupidinem

idest auariciam hominum precipitem idest precipitantem hominem cum sitis idest desiderium habendi fluens largis muneribus ardescit in homine. et ideo ille qui trepidus terrore aduersitatis gemens credit sese egentem: ille nunq̄ diues agit idest vitam ducit. ¶ Nota circa h ꝙ dicit pleno copia cornu ꝙ cum hercules quodam tempore luctaretur cum achiloo et achilous mutaret se in taurum hercules apprehendens ipsum per cornu effregit illud: et repletū

Multi prodigus auri
Et claris auidos ornet honoribus
Nil iam parta videntur:
Sed quesita vorans seua repacitas
Altos pandit hiatus.
Que iam precipitem frena cupidinem
Certo fine retentent?
Largis cum potius muneribus fluens
Sitis ardescit habendi.
Nunq̄ diues agit qui trepidus gemens
Sese credit egentem.

pomis et floribus odoriferis sacrificauit illud fortune: qđ cornu dicitur fortuna quibusdam propinasse plenum: quibusdam vacuū: quibusdam semiplenuz ſm diuersum statuz prosperitatis et aduersitatis hominum. ¶ Nota ꝙ fortuna inuehitur contra auariciam hominum. qđ Tul. in libro tusculanarum questionum di. auaricia studium pecunie habet quam nemo sapiens concupiuit: ea enim quasi malis venenis imbuta corpus animumq; virilez effeminat. ipsa eniz insatiabilis manens neq; copia neq; inopia minuitur. et in eodez hoc de auaricia di. Quid est ꝙ multi cupiditate pecunie feriuntur: quoruz ita perturbantur animi vt non multum absint ab īsania: dicit Sene. epistola. lxxv. Auaricia nunq̄ habet maius malum nisi ꝙ ingrata est. et. lxxij. epi. Auaros comparat canibus dicens. Vidisti aliquem canez missum a domino panis frusta aut carnis aperto ore captantem: quicquid arripit protinus integrum deuorat et semper ad spem futuri inhiat. Idem etiam euenit nobis quicquid nobis fortuna expectantibus porrigit: illud sine omni voluntate dimittimus et statim ad rapinam alterius erigimur. ¶ Nota q̄ credit se egentem non est diues sed pauper: quia dicit Seneca prima epistola. Non qui parum habet sed qui plus cupit pauper est. Quid enim refert quantum illi in archa quantum in horreis iaceat si alieno hiatu imminet. ¶ Nota ꝙ diuitie non tollunt auariciam sed augmentant. Unde Seneca. xvi. epistola dicit. Congregatur in te q̄cquid locupletes possederunt vltra priuatum pecunie modum: fortuna te prouehat: auro tegat: purpura vestiat: terram marmoreq; occultat: accedant statue et picture: et quicquid vlla ars elaborauit maiora cupere ab his desistes. Unde Iuuenalis. Interea pleno dum turget saculus ore. Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Si quantas ⁊c. Versus est dicolos distrophos. Asclepiadeus eniz prior est et pherecratius secundus. Nā dicolos dicitur eo ꝙ duo habet genera carminis. distrophos autem quia post secundum reuertitur ad primum. Asclepiadeus autem est prior: versus ab inuentore: choriambicus a pede predominante. Potest tamen aliter scandi et quidem facilius: ita ꝙ primus pes sit spondeus. secundus dactylus. et deinde relinquatur syllaba abundans: postea autem remanent duo dactyli: q̄uis vltima possit esse longa. Dyomedes grammaticus docet hoc genus carminis reduci ad pentametrum addendo vnam syllabā que tamen debet esse breuis: et poni post penultimam: vt in tertio carmine. si pro noctibus ponatur nocticulis. erit penthameter sic. Aut quot stelliferis edita nocticulis. Docet etiam hexametrum habens pentimmemerim et in fine dictiones bissyllabas reduci ad hoc carmen: ablatis dictionibus bissyllabis: vt ex illis duobus hexametris virgilianis. Nimborum in patriam loca fera furentibus austris. Auulsumq; humeris caput et sine nomine corpus. fiunt duo asclepiadei versus sic. Nimborum in patriam feta furentibus. Auulsumq; caput: et sine nomine. Docet preterea hoc carmen reduci ad hexametrum: adiecta in fine dissyllaba dictione spondeum aut trocheum constituente: et post penthimemerim aut vna longa inter

Ascen. Carmen asclepiadeuz

dum duabus breuibus. Ut illud horatianum. Mecenas atauis edite regibus sic fiet hexametrum. Mecenas atauis: rex edite regibus olim: vel sic. Mecenas atauis decus edite regibus olim &c. Secundum carmen etiam in primo loco anapestum accipit: aut versus ille. Sitis ardescit habendi. Vitiosus est: sic corrigendus. Uis ardescit habendi. Sed de his in presentia

Prodigus satis. Deus prodigus auri. Non dicatur idest diues: quia non omnis diues est prodigus. sed prodigus idest profusus multi auri. quasi sit procul agens et profundens multum auri. Cetera nota satis puto: addam tamen vnum de cornu copie: et de achelooo vnde ablatum est. Cuius quidem transformationem in varias Ouidius in principio noni metamorphoseos satis describit. Fabula est her-

Achelous Et cornucopie culem cum acheloo duellum habuisse pro dianira enei regis calidonie pulcherrima filia: in quo cum tandem hercules victor existeret et achelous se nunc in anguem nunc in taurum verteret: hercules illi alterum cornu aufregit: quo ablato victus achelous se in fluuium sui nominis precipitauit: copia autem nimpha cornu illud acceipit: et de omni vbertatis genere repleuit. Strabo ad historiam referens dicit bellum propter acheloi inundationes motum: post quod fertilitas secuta est. Dio. autem in quinto bibliothecces dicit herculem acheloo fluuio cornu idest quendam sinuosum cursum abstulisse faciendo eum in aliud latus fluere: Unde cornu copie idest omnis fertilitatis abundantia secuta est. Est etiam cornu copie amalchee capre ablatum cuius in fastis ouidius meminit. Illa autem verba. Auaritia studium pecunie habet: que commentarius dicit esse Tullij in tusculanis: sunt Salustij in catilinario.

Prosa tertia secundi libri.



His igitur si pro se tecum his fortuna loqueretur: quid profecto contra hisceres non haberes. At si quid est quo querelam tuam iure tuearis proferas oportet: dabimus tibi dicendi locum. Boe. Tum ego speciosa quidem ista sunt inquam. Oblitaque rhetorice ac musice melle dulcedinis: tum tantum cum audiuntur oblectant. Sed miseris malorum altior est sensus:

Prosa tertia secundi libri.

S. thomas 

His igitur si pro se tecum. Hic incipit tertia prosa huius secundi in qua philosophia probat Boe. non debere conqueri de fortuna. quia multa bona sibi contulit. Et primo inquirit philosophia quid sentiat de dictis fortune. secundo bona fortune sibi collata enumerat: ibi. Ueruntamen. Primo ostendit philosophia quod Boetius nihil habeat loqui contra fortunam. Secundo Boetius respondet. Tertio philosophia eius responsionem approbat sicut patebit: dicens primo. Si fortuna loqueretur tecum his verbis pro se: profecto pro certe tu non haberes quid contra hisceres idest non haberes vnde aperires os ad respondendum fortune. at si quid est quo tuam querelam iure tuearis: oportet idest necesse est vt proferas: dabimus tibi locum dicendi. Tum ego Boe. inquam. i. dixi vel respondi. Speciosa quidem sunt ista que fortuna dixit: et sunt oblita idest delinita melle idest delectatione rhetorice dulcedinis scilicet quantum ad prosam: ac pro et musice dulcedinis scilicet quantum ad metrum: et tantum: tum idest tunc oblectant idest delectant animum meum cum audiuntur. sed sensus id est perceptio malorum est altior idest profundior miseris quam isti possunt attingere quasi dicat quamuis verba fortune superficialiter me delectent: tamen ad profunditatem mei doloris non attingunt. Itaque. i. ergo cum hec verba fortune desierint. i. cessauerint insonare auribus meis meror insitus. i. immissus pregrauat animum meum. Tunc philosophia approbat responsionem Boetij dicens. Ita est. Hec enim verba fortune nondum sunt remedia tui morbi: sed sunt quedam

fomenta: idest munimenta aduersum curationem: idest contra sanationem contumacis doloris. nam remedia que penetrant: idest immittunt sese in profundum perturbationum expellendo causam radicalem tui morbi: ista amouebo: idest apponam cum fuerit tempestiuum. ¶ Nota ꝙ Boetius nil habuit loqui contra verba fortune: quia verum dicit et contra veritatem non est loquendum. Nam vero omnia consonant: et veritas sibiipsi attestatur ẜm Aristo.

Itaqꝫ cū hec aurib⁹ insonare desierit: infit⁹ aīz meror pregrauat. Phi. Et illa ita est inquit. Hec enī nonduz morbi tui remedia: sed adhuc contumacis aduersus curationem doloris fomenta quedam sunt. Nam que in profundū sese penetrant: cum tempestiuum fuerit amouebo. ¶ Ueruntamen ne te miserum existimare velis: an numerum modumqꝫ tue felicitatis oblitus es? Taceo ꝙ desolatum parente summoruz te virorū cura suscepit: delectusqꝫ in affinitatē principū ciuitatis: quod ꝑciosissimuz ꝓpinquitatis gen⁹ est: prius carus q̄ ꝓximus esse cepisti. Quis non te felicissimū cum tanto splendore socerorum: cum ꝯiugis pudore: cuz masculine q̄z prolis opportunitate ꝑdicabit?

Disco — ¶ Nota hisco est verbum inchoatiuum ⁊ profertur per sincopā: q2 regulariter deberz dici hiasco. vnde hiscere est hiatuz inchoare: cū aliquis aperit os. Oblitus — ¶ No. ꝙ oblit⁹ altera producta est participiū huius verbi obliuiscor: sed oblit⁹ altera correpta descēdit a ṽbo oblino: ⁊ oblitus idem est ꝙ maculatus. vnde versus. Immemor oblitus notat: oblitus est maculatus. ¶ Nota circa hoc quod dicit insitus meror animum aggrauat. Dolor — ꝙ non dolere de infortunio nulli contingit nisi animo multum eleuato super fortunam: quia dicit Seneca. lxv. epistola. Plus equo animo te dolere nolo: sed vt non doleas vix exigere audeo. nulli autem ista firmitas animi contigit nisi multum supra fortunā eleuato. ⁊ subdit. illud agamus vt iocūda nobis fiat amissorum recordatio: nemo libenter ad id redit qđ non sine tormento cogitatur⁹ est. ¶ Nota ꝙ per rhetoricam et musicam dulcedinem fortune Boeti. adhuc non fuit restitut⁹ virtuti et sapientie: quod attestatur ei⁹ meror aggrauās aīm. Nam virt⁹ ⁊ sapientia dolorem ⁊ merorē opprimit. vnde Sena. xlv. epl̄a. Quemadmodum minuta lumina claritas solis obscurat: sic dolores: mesticias: iniurias sapientia ⁊ virt⁹ sua magnitudine elidit atqꝫ oppͥmit. ¶ Uerūtamen ne te existimari miseruz velis. Hic ph̄ia enūerat bona fortune Boe. collata rōne quoꝝ non debuit se existimari miserum. ⁊ ꝑmo enumerat bona ꝑterita que ipsum felicē fecerūt: postea enumerat in quarta ꝓsa bona q̄ ipsum in presenti felicem ostendunt. primo igitur philosophia describit felicitatē suā preteritam. scđo excludit quandam abiectionem: ibi. Quod si idcirco. Primo enumerat quedā bona cōmunia. secūdo magis specialia. secūda ibi. Pretereo libet. Primo di. O Boe. ne. i. nō velis te existimare miserum nūquid oblitus es numerum ꝙ pro et modum felicitatis tue. taceo. i. pertranseo ꝙ te desolatum. i. priuatum parente. i. patre et matre. cura summoꝝ virorum. i. cōsulum romanorum te suscepit: ⁊ tu delectus. i. de alijs electus in affinitatem principum ciuitatis cepisti prius esse carus q̄ ꝓximus quod est preciosissimum genus ꝓpinquitatis. qs nō predicabit te felicissimum cum tanto splendore tuorum socerorum: cum tanto pudore coniugis: idest vxoris ⁊ cum opportunitate idest opportuna felicitate masculine prolis. q. d. null⁹ ē qui non iudicauerit te felicem in his. Propinquitas — ¶ Nota ꝙ triplex est genus propinquitatis. Primum quod contrahitur ex genealogia: ⁊ in tali propinquitate aliquis simul efficitur proxim⁹ ⁊ carus: nam frater fratri est carus ⁊ propinquus. Alia est propinquitas que cōtrahitur ex matrimonio et vocatur affinitas: et in tali propinquitate aliquis prius efficitur propinquus q̄ carus. Tertia propinquitas contrahitur ex bonis moribus ⁊ virtutibus: ⁊ hoc est ꝑciosissimum genus propinquitatis: ⁊ in tali aliquis prius efficitur carus q̄ propinquus. ⁊ sic Boeti⁹ pri-

us factus fuit romanis principibus carus ratione virtutis ꝙ propinquis matrimonio cōtrahendo cum eis. ¶ Nota ꝙ philosophia dicit Boetium fuisse felicem splendore socerorum in plurali cum tamen non habuerit nisi vnum socerum. Nam socer dicitur cuius filiam aliquis duxit: et non legitur ꝙ Boetius habuit duas vxores. Ad hoc potest dici ꝙ hic accipitur socer large non tm̄ pro patre vxoris sed etiam pro fratre qui large etiam potest dici socer. ergo dicit pluraliter soccerorum.

¶ Pretereo (libet enim preterire communia) assumptas in adolescentia negatas senibus dignitates: ad singularem felicitatis tue cumulum venire delectat. Si quis rerum mortalium fructus vllum beatitudinis pondus habet: poterit ne illius memoria lucis quantalibet ingruentium malorum mole deleri? Cum duos pariter consules liberos tuos domo ꝓuehi sub frequentia patrum: sub plebis alacritate vidisti: cum eisdem in curia curules insidentibus tu regie laudis orator ingenij gl'iam & facūdie meruisti. cum in circo duorum medius consulum circunfuse multitudinis expectatione triumphali largitiōe satiasti. dedisti vt opinor verba fortune dū te illa demulceret: dū te vt scias delitias foueret. Munus quod nulli

¶ Nota ꝙ ex tribus philosophia di. Boetium felicem fuisse: et honestate socerorum pudore pingis: et opportunitate masculine plis: idest suorū filiorum. ¶ Pretereo (libet enim preterire communia). Hic philosophia enumerat quedā bona specialia ex quibus Boetius nō debet se existimare miserum: et dicit ego pretereo. i. pertransire volo: quia mihi libet preterire communia supple bona et delectat me venire ad specialem cumulum tue felicitatis: scz assumptas dignitates in adolescentia negatas senibus. et subdit. Si quis fruct⁹ mortalium rerum hz vllum pond⁹ beatitudinis: idest si propter aliqđ temporale bonum hō debet dici felix: poterit ne memoria illi⁹ lucis: idest tue felicitatis quam iaz dicam deleri quantalibet mole: idest quocunq; pondere ingruentium malorum. quasi dicat nō possit deleri. et que est illa felicitas cū tu vidisti liberos tuos: idest filios tuos pariter consules: idest in consules electos prouehi: idest duci de domo tua sub frequentia. i. diligentia patrum: scilicet seniorum: et sub alacritate: idest sub gaudio plebis: et tu cum eisdem filijs tuis insidentibus curules: idest sedes iudiciarias orator: idest predicator regie laudis meruisti gloriam ingenij et facundie. cum tu medius in circo. i. in circulatione duorum consulum. s. filiorum tuorum satiasti expectatiōez circunfuse multitudis triumphali largitione. i. victoriali triūphatiōe: vt ego opinor tu dedisti verba: idest deceptiones fortune cum te illa demulceret dum te foueret vt scias delitias: tu obtulisti mun⁹ quod nunq̄ commendauerat vlli: idest alicui priuato: idest extraneo. Vis ne cum fortuna ponere calculum: idest computationem: nunc ipsa fortuna primum perstrinxit te oculo liuenti: idest inuidiosi consideres numerum et modum letorum ve pro vel tristium: idest prosperitatis et aduersitatis adhuc non possis te negare felicem. ¶ Nota philosophia per hoc ꝙ dicit pretereo et prius dicit taceo: vtitur quodam colore rhetorico qui dicitur occupatio: et diffinitur sic a Tullio. Occupatio est cum dicimus nos preterire aut nescire aut nolle dicere illud quod tamen maxime dicimus. ¶ Nota ꝙ mos erat romanorum ante triginta annos nulli conferre aliquam dignitatem nisi propter singularem dignitatem vel probitatem: vel propter publice rei euidentem vtilitatem. Boetius autem in adolescentia ante triginta annos electus fuit in consulem: et hoc Philosophia vocat felicitatem communem: non ꝙ communiter omnibus hoc concederetur: sed quia non solum Boetio: sed alijs paucis accidit. Refert enim Tullius in libro de amicicia: ꝙ Scipio ante triginta annos bis factus est

Occupatio

consul: similiter Germanicus iuuenis consul factus est ante .xxx. annos: sed singularem felicitatem Boe. tangit dicens. Cum duos pariter consules. ¶ Nota q̄ sm̄ Isidorum in libro ethimologiarum: curules erant sedes in quibus magistratus sedentes iura reddebant: et dicuntur curules a curru: quia tali sede vtebantur in curru iudices quo vehebantur: vt expediti us populo iudicia redderent. ¶ Nota q̄ consuetudo erat apud romanos in electione consulū

vnq̄ꝑ priuato commendauerat abstulisti. Uis ne ergo cum fortuna calculum ponere? Nunc te primum liuenti oculo perstrinxit: si numerum modūq3 letorum tristiumve ꝯsideres: adhuc te felicem negare non possis. ¶ Quod si idcirco te fortunatum esse non estimas: quoniam que tunc leta videbantur abierunt. Non est quo te miserum putes: quoniam que nunc mesta credūtur pretereunt. An tu in hanc vite scenam nunc primū subitus hospesq3 venisti? Vllā ne humanis rebus inesse constantiaz reris? cū sepe ipsum hominem velox hora dissoluat. Nā et si rara est fortuitis manendi fides: vltimus tamen vite dies mors quedaz fortune est etiā manētis. Quid ergo referre putas Tu ne illā moriēdo deseras An te illa fugiendo deserat?

habere sermonem ad populuz de laudibus regum et electorum in magistratum: et si bene predicauit inde gloriam consequebatur. huiusmodi sermonez fecit Boetius in electione suorum filiorūz in consules: et exinde sua gloria fuit geminata: et quia consimilis sermo consueuit fieri ī triumphis in laudem eorum qui obtinuerāt victoriam: ideo huiusmodi sermonem vocat triumphalem largitionem. ¶ Nota qui bonum aliq̄d ꝓmittit et non adimplet: ille dat verba et non rem: et sic decipit: ergo dicit philosophia: dedisti fortune verba idest deception es promittendo ei aliquid boni q̄ ipsa te ita fouet. ¶ Nota q̄ calculus in vna significatione est paruus lapis qui calcando nos ledit: et q2 talibus lapillis vtebantur antiq̄ computando: ideo calculare vel calculum ponere ponitur pro cōputare vel pro rationem ponere. ergo dicit philosophia. Uis ne ergo cum fortuna calculum ponere quasi dicat non debes. si computabis cum ea ipsa inueniet te multo feliciorem q̄ miseruz. ¶ Quod si idcirco te fortunatum esse. Dic philosophia excludit quandaz obiectionem. posset enim aliquis dicere hec predicta bona non faciunt me felicem quia sunt trāsitoria. hanc obiectionem excludit philosophia dicens. Quod pro sed si non estimas te fortunatum id est felicem: quoniam pro quia illa abierunt que tunc videbantur leta etiam non debes te estimare miserum: quia que nunc creduntur id est videntur mesta pretereunt. An pro nunquid tu venisti nunc primum in hanc scenam id est vmbram vite subitus id est improuis⁹ q3 pro et hospes id est aduena: tu ignores que gerantur in hac vita ne pro nunquid reris id ē opinaris vllam constantiam inesse humanis rebus: cum ipsum hominem sepe dissoluat velox hora mortis. nam si fortuitis rebus est fides permanendi licet rara: tamen vltimus dies vite est quedam mors fortune etiam manentis fortune. quid igitur putas referre id est distare ne id est an tu deseras illam fortunam moriendo: an pro vel illa te deserat fugiendo. q. d. nihil refert q̄tū ad cōstātiā fortune siue fortuna hoīez ꝺserat siue deseratur: manifestum est q̄ permanere non potest. ¶ Nota q̄ in rebus humanis non est constantia: cuius ratio est. In isto quod est genitum nulla est constantia quia nihil est genitum quod non sit corruptibile et non permanens: sed humane sunt genite et producte: ergo &c. ¶ Notandum q̄ non est durabilis fortune prosperitas: quia ipsam cito fugat aduersitas. vnde Gaufredus in poetria. Omnibus ne crede tuis si tempore paruo Illuxere tibi: mox sunt clausura serenum. Nubila fata diem inducentq3 crepuscula noctem &c. propter quod non est adhibenda fides rebus fortui-

Dare verba

Calculus

tis. ¶ Nota q philosophia tangit vnam rationem q fortuna non sit constans que talis est. homo non est constans: ergo nec fortuna. antecedens patet: quia hominem sepe dissoluit velox hora mortis: consequentia probatur ex hoc: quia fortuna non habet esse nisi circa hominem: cum sit in agentibus a proposito. secundo phisicorum. ergo dicit philosophia. nil differt quo ad inconstantiam fortune siue fortuna derelinquat hominem fugiendo: siue homo derelinquat ipsam moriendo: quocunque modo fiet semper ipsa est inconstans et non permanens.



¶ Metrum tertiũ scdi libri.

Cum polo phebus roseis quadrigis
Lucem spargere ceperit.
Pallet albentes hebetata vultus
Flammis stella prementibus.
Cum nemus flatu zephiri tepentis
Vernis irrubuit rosis
Spirat insanum nebulosus auster
Jam spinis abeat decus.
Sepe tranquillo radiat sereno
Jmmotis mare fluctibus.

Ascen.



His igitur &c. Jn hac prosa neque in sententijs neque in verbis multum ambiguitatis est. Offendi male scriptum liuienti pro liuenti. dicitur enim liueo secunde coniugationis. vnde liuens non liuiens. Curulis et curule per vnum r scribitur. corripit enim primam licet a curru deriuetur. Jnueni tamen in quibusdam currules vitiose scriptum. Sicut: circunfuse multitudinis expectatione. cum legendum sit expectationem. Nec puto additum esse: triumphali largitione satiasti: pro sermone seu contione boetij: sed pro largitione que fiebat populo aut ad perpetuam rei memoriam: aut ad captandam gratiam pro alijs magistratibus: aut pro eisdem iterum impetrandis. Solebant enim distribuere populo far. aut cicer aut fabas aut eiusmodi que triumphabant: quorum largitionem imitatum dicit boetium. Subtiliter autem per hec boetius suam dignitatem legentibus hec proponit.

¶ Metrum tertium secundi libri.

S. thomas

Cum polo phebus roseis quadrigis. Jstud est metrum tertium huius secundi cuius primus versus dicitur saphicus ab inuentore: trochaicus a pede predominante. metrum autem secundi versus dicitur gliconicum ab inuentore: coriambicum a pede predominante. Jn hoc ergo metro philosophia declarat tribus exemplis mutabilitatem mundanorum. Primum exemplum est de corporibus celestibus tale. Sole lucente in celo tunc obscuratur lumen aliarum stellarum. Ecce mutatio stellarum quo ad lumen quod tamen prius apparebat tempore noctis: sed sole nobis lucente non apparet. vnde dicit in littera. Cum phebus id est sol ceperit id est inceperit spargere id est emittere lucem roseis quadrigis idest roseo curru stella hebetata idest obscurata flammis idest luminibus solis preuenientibus ipsa pallet id est pallida fit secundum albentes vultus. Secundum exemplũ est in terrenascentibus tale. zephiro flante terra ornatur floribus: sed austro flante flores deficiunt. Ecce mutatio in terrenascentibus. vnde dicitur in littera. cum id est quando nemus irrubuit vernis id est vernalibus rosis flatum zephiri tepentis id est calentis si auster nebulosus spiret idest flare inceperit: insanum id est insane iam decus rosarum abeat spinis id est recedat de spinis. Tertium exemplum est de mari tale. Quando mare non agitatur ventis apparet tranquillum: sed ventis agitatum efficitur tempestuosum. Ecce mutabilitas maris. vnde dicit in littera. Sepe mare radiat id est splendet tranquillo sereno id est serena tranquillitate immotis id est non motis fluctibus. sepe aquillo idest ventus iller: concitat id est prouocat feruentes procellas id est tempestates: verso equore id est moto mari. Tunc hortatur philosophia ne credamus bonis fortune dicens. Si mundo constat id est permanet sua forma rara vt ex dictis patet: et si mundus variat tantas vices idest alternationes: tunc crede caducis id est transitorijs fortunis hominum id est noli credere: et loquitur hironice. debet enim intelligi per contrarium: crede id est noli credere bonis fugaci-

bus qualia sunt bona fortune: quod patet ex hoc quia constat: idest manifestum est: et est positum: idest stabilitum eterna lege: idest diuina lege vt nihil gentium constet: idest imutabiliter permaneat. ¶ Nota quod poete attribuunt soli quadrigam que dicitur a numero quattuor equorum. Poete autem fingunt currum solis trahi quattuor equis: propter quattuor diuersitates solis. Nam sol cum oritur est rubeus: hora tertia splendens: hora meridiei feruens: sed hora vespertina est tepens. Lune vero attribuunt bigam propter duas proprietates lune. nam luna virtualiter est frigida et humida. ¶ No. circa hoc quod dicit fortuitis bonis Sene. dicit in libro de consolatione filij helye. Nunquam ergo fortune credidi: que cum mecum videretur pacem agere omnia quecunque in me indulgentissime conferebat pecuniam: honores: gratiam eo loco posui vnde possem sine motu meo repetere. interuallum magnum inter me et ipsam habui. itaque nec illa abstulit nec emisit. Neminem aduersa fortuna comminuit nisi quem secunda decipit. Fortuna fortes metuit: ignauos expauit: opes auferre potest: animam autem surripere non potest. ¶ Nota quod philosophia bona fortune appellat caduca: quia dicit Seneca lxvij. epistola. Omnia ista in que casus dominium exercet seruilia sunt sicut pecunia: honores: imbecilla

Quadrige solis

Fortuna

Sepe feruentes aquilo procellas
Verso concitat equore.
Rara si constat sua forma mundo:
Si tantas variat vices.
Crede fortunis hominum caducis?
Bonis crede fugacibus.
Constat eterna positumque lege est:
Ut constet genitum nihil.

¶ Prosa quarta libri secundi.

Tum ego vera inquam commemoras. O virtutum omnium nutrix: nec inficiari possum prosperitatis mee velocissimum cursum: sed hoc est quod

sunt fluida mortalia sunt et possessiones incerte. ¶ No. di. nullum genitum esse constans dicit Sene. epistola preallegata sed multo ante. Omnia mortalia minuuntur: cadunt: deteruntur: crescunt: decrescunt: exhauriuntur: implentur. Itaque in illis in tam incerta sorte inequalitas est: diuinorum autem vna natura est.

Ascensius

Cum polo etc. Carminis huius primus versiculus est saphicus constans trocheo. spondeo. dactylo. trocheo. et iterum spondeo vel trocheo. dicitur autem saphicus a muliere inuentrice que sappho dicitur. Hendecassyllabus: idest vndecim syllabarum a numero ipsarum. trochaicus a pede predominante. Secundus versiculus est glyconicus ab inuentore. Dactylicus a pede predominante. constat enim spondeo et duobus dactylis: sed vltima syllaba communis est. Nihil autem hic dubitabile occurrit. Castigaui tantum mendosa. precipue in fine vbi Seneca male allegabatur. Ubi etiam constat repperi pro constet. Nam primo loco legendum est constat: sed secundo constet. vel potius perstet. In principio quoque meminerit grammaticus: quadrigas: bigas: trigas etc. in singulari apud ydoneos non reperiri.

¶ Prosa quarta secundi libri

Sanctus Thomas

repetit per naturalem inclinationē summū bonum: sed ignorat quomodo illud repetat velut ebrius qui ignorat quo tramite: idest qua via reuertatur domū. ¶ No. sicut ebrꝰ scit se habere domū: sed ꝓpter defectū rationis nescit quō ad eam redeat: sic homines aliquomō in generali sciunt ⁊ cognoscunt summū bonū: ⁊ natutaliter inclinant̄ ad illud tanꝙ̄ ad principiū a quo ꝓcesserunt: sed inebriati amore tꝑalium bonoꝝ nesciunt quō ad id ꝑueniant. ¶ Num enim videntur errare. ¶ Hic declarat intentum suum. s. ꝙ omnes q̄rētes predicta bona querebant̄ aliquid quod ꝓprie conuenit sūmo bono Et primo ostendit hoc de diuitijs dicens. Num pro nunq̄d hi videntur errare per intentionē a sūmo bono qui nituntur nihilo indigere rōe cuius q̄rebant diuitias. q. d. non errāt a summo bono: quia nihilo indigere maxime spectat ad summū bonū. vnde dicit. Atq̄ ꝓ certe non est aliud qđ eque possit ꝑficere beatitudinē ꝙ̄ statꝰ copiosus oīm bonoꝝ: nec alienis egens sed sibiipsi sufficiens. Tunc ostendit idē de honoribus dicēs. Num vero labuntur sup. ab intentione summi boni qui illđ quod ē optimum putant id etiā eē dignissimuꝫ cultu reuerentie. i. honoris ⁊ respondet. Minime sup. labuntur. neqꝫ enim est vile ⁊ contēnēdum qđ intentio oīm mortalium laborat adipisci. ⁊ sic querētes honorem querebant aliquid qđ est ī summo bono: eo ꝙ summū bonū est honorabilimum. Tunc oñdit idem de potentia dicēs. An ꝓ nūquid in bonis. i. inter bona nō est numeranda potentia. q. d. sic. q̇d igit̄ est dicendū nisi ꝙq̄rentes potentiam etiā tendūt ad summū bonū: cū summū bonū sit potentissimū. num enim istud est estimandum imbecillū ⁊ sine viribus. i. sine potentia: qđ constat esse prestantius. i. potentiꝰ oībꝰ rebꝰ. Tunc oñdit idem de glīa dicens. An claritudo. i. gloria est nihilipendēda ita vt q̄rentes glīam non tendunt ad summū bonū. q. d. nō est nihilipēdenda. sꝫ neq̇t. i. nō pōt seq̄strari. i. negari q̇n oē qđ est excellentissimū: illud etiam videatur esse clarissimū. i. gloriosissimum. Tunc ostendit idem de voluptate dicens. Quid attinet dicere. q. d. de se manifestū est beatitudinem non esse anxiam ⁊ tristē nec subiectaꝫ doloribus ⁊ molestijs: sed sup. magis ē plena voluptate: ⁊ per ꝯñs querentes voluptatem ⁊ leticiam tendūt ad summū bonū. ꝙ aūt iocūditas ⁊ voluptas includantur in summo bono ꝓbatur per locum a minori dicens. Qm̄ in minimis rebus scꝫ appetendis patꝫ ꝙ aliquid appetitur qđ delectat haberi ⁊ ipso frui. hec igitur sunt que homines volunt adipisci ⁊ ea de causa desiderant. i. cupiūt vel querunt diuitias: dignitates: regna: gloriam ⁊ voluptates: quia per hec credunt sibi esse venturam sufficientiam: reuerentiam: potētiaꝫ: celebritatē ⁊ leticiaꝫ. bonum igitur est quod homīes appetūt diuersis studijs. i. intentionibus. ¶ No. ꝙ ex tota ista littera potest formari vna ratio. s. querentes predicta bona querūt beatitudineꝫ. ratio est ista. illi tendunt ad beatitudinē qui tendunt ad sufficientiaꝫ reuerentiā: potentiā: celebritatē: ⁊ leticiā. sed appetentes ꝑdicta bona. s. diuitias: dignitates: regna: gloriaꝫ ⁊ voluptates tendunt ad sufficientiaꝫ: reuerentiaꝫ ⁊ sic de alijs: ergo tendūt ad beatitudineꝫ. Maior est nota: quia sufficientia: reuerentia sunt ꝯditiones beatitudinis que

egens sed sibiipsi sufficiens. Num vero labuntur hi qui quod sit optimum id etiam reuerentie cultu dignissimū putāt? Minime: neqꝫ enī vile quoddā contēnendūqꝫ est qđ adipisci oīm fere mortaliū laborat intentio. An in bonis nō est numerāda potentia? quid igitur. Num imbecillū ac sine viribus estimandū est qđ oībus rebus ꝯstat esse prestātiꝰ? An claritudo nihilipēdēda est? Sed seq̄strari nequit quin oīe quod excellentissimū sit id etiaꝫ videtur esse clarissimū. Nā non esse anxiā tristēqꝫ beatitudinē nec doloribus molestijsqꝫ subiectā q̇d attinet dicere: qm̄ ī minimis q̄ꝫ rebꝰ id appetitur qđ habere fruiqꝫ delectat. At qui hec sunt q̄ adipisci hoīes volūt: eaqꝫ de cā diuitias: dignitates: regna: glīam: voluptatesqꝫ ꝺsiderāt: ꝙ per hec si-

Liber tertius Prosa secunda

bi sufficientiā:reuerentiā:potentiā:celebritatē:leticiam credunt esse venturā. Bonū est igitur quod tam diuersis studijs homines petūt ¶ In quo quanta sit nature vis facile mōstratur: cum licet sint varie dissidentesq3 sentētie: tamen in diligendo boni finem consentiunt.

perfectissime reperiuntur in beatitudine. querentes ergo proprietates beatitudinis tendūt ad beatitudinem. Minor patet ex littera. ¶ Nota ꝙ querentes diuitias propter sufficientiaʒ ferebantur in summum bonum naturali appetitu: quia in summo bono est vera sufficientia: et in hoc non errabant. similiter querentes dignitates propter reuerentiam naturali intentione ferebantur in beatitudinem eo ꝙ beatitudo est reuerendissima: sed quia summam reuerentiam putabant sibi subuenire per dignitates temporales: ideo in hoc errabant: et sic intelligitur de alijs. ¶ In quo quanta sit. Hic ostendit philosophia vnde hoc ꝓueniat ꝙ quantumcunq3 intentio hominum sit diuersa tamen intēdit in beatitudinem. et ostendit ꝙ hoc prouenit ex vi naturalis inclinationis qui nulli auferri pōt: et dicit. In quo scilicet appetitu boni vel beatitudinis facile monstratur quanta sit vis nature: cum licet sint varie et dissidentes id est discordantes sententie hominum de summo bono: tamē homines consentiunt idest concordant in diligendo idest diligenter appetendo finem boni idest beatitudinem. ¶ Nota ꝙ fine existente vno possunt diuersificari actiones tendentes in illum finem. si enim propter diuersitatem actionum esset diuersitas finium non esset deueniread vnum finem: sed procederetur in infinitum in finibus. quod patet falsuʒ: ex secundo metha. et hoc verum de fine gratia cuius omnia fiunt ꝙ ille est vnus et non de fine quo vt prius visum est. licet ergo sint diuerse sententie et studia hominum: tamen conueniunt in appetendo vnum finem scilicet beatitudinem.

Tum defixo ⁊c. Id naturalit̄ fieri solʒ vt violētes reminisci terrā ꝺ̄spiciāt. i. dorsū vl̄ dēdo īspiciāt: volētes aūt noua īuenire celū aspiciāt: phīa ḡ volens vti ratiōibꝰ suis nō nouis sed oliʒ iā excogitatꝭ: defixit oculos. In augustā sedē. sic legit īterpres exponēs sic. i. nobilē. Credens vt opinor: Augustū ab octauio augusto deductū: cū illiꝰ vocabuli longe antiquior sit vsus. Nam etiam his que ante enee aduentū ī italiā erant virgilius ipm accōmodat. dicit̄ autē augustū quicquid augurio est consecratū: et quia augurio cōsecrata solent eē felicia: etiā quodāmō ex cōseqnti felix dicit̄. Est aūt mētis phīe sedes augusta. i. prouidēter et salubriter īstituta. Sʒ tn̄ etiā augustā legē potes. q2 locus augustꝰ et secretus solet dici ad memorandū et ad inueniendū aptus. vn̄ Persius. Scribimꝰ inclusi nūeros illi: hic pede liber. Et Iuuenalis. Qui facis in parua sublimia carmina cella. Et hora. ī de arte. Secreta petit loca: balneat vitat. Est aūt augustū qꝺ̄ augit et ꝓmit. Conant̄ adipisci. Bone dicit conant̄. Nā conari ē cū difficultate et sepe sine effectu hoc ē frustra āniti. Sʒ vt dicit Iuuena. Omnibus in terris q̄ sunt a gadibꝰ vsq3 Aurorē et gangem: pauci dinoscere possunt. Vera bona. atq3 illis multū diuersa: remota Erroris nebula. Adipisci cōponit̄ ex ab et antiquo verbo apiscor: cuius supinum est aptum et participium aptꝰ. a. ū. Et compositū aliud indipiscor. Naturaliter inserta cupiditas. Credo boetium dixisse: naturaliter insita. Sic enim significatio magis quadrat. Insitum enim est qꝺ̄ est in medio alterius satum: et illi conglutinatum. Insertū aūt qꝺ̄ ꝑ mediū serit̄: nec illi coheret. Deuius error: quia commentarius superior dicit hic esse figuram epitheton. Adducitq3 versiculum mendosum. dicam peritorum de hoc vocabulo sententiam. Epitheton dicitur a nobis adiectiuum nomen: impositum vel appositū substantiuo potissimum proprie qualitatis secundum donatum. dicitur auteʒ ab epi qꝺ̄ hoc loco est in: et theton positum. Corripit penultimam in carmine. vnde quidam nostri temporis. Appositum proprio mihi fertur epitheton esse. Qui vult etiam proprio nomini appositum vocari. Et hoc tribus modis. Ab animo. vt iustus imperator. Contemptor diuum mezentius. Pius eneas. A corpore vt pulcher iulus. formosus apollo. et extrinsecus quorum multe sunt species. A loco. vt vlixes itachus Ab actu vt eneia. Nutrix. ab euentu. vt insula diueʒ opū thenedos. et multis alijs modis. Et si verū est qꝺ̄ donatꝰ dicit. Epithetō nūꝙ̄ sine ꝓprio noīe poni. Nō erit h̄ epithetō deuiꝰ error. Vex q2 passiʒ adiectīa ꝯsilit̄ appellatīs et

Ascensius

Augustus ta. tū.

Augustus

Conor

Adipiscor

Epitheton

propriis apposita inuenim⁹:eaq; sine discrimine epitheta vocari. Addemus vnum. Epitheta tribus de causis apponi. Aut propter effectiuam virtutem enunciandam. et id fore a poetis: vt mors frigida. timor pallidus. amor cecus. sitis arida. quia talia faciunt. Aut propter discrimen faciendum: vt ida cretensis ad excludendam troianam. lana nigra propter alterius coloris lanam. luna pernox. febris quartana. bilaris vultus &c. Aut propter perpetuam rei naturam significandam: et id cum excellentia. qua seclusa vitiosa et superflua videbitur appositio Primi. Vt ignis calidus. Alma ceres. tristia bella. celum profundu₃. Non quasi sit ignis qui non sit calidus: aut ceres que non alat: aut bellum non triste: aut celum non profundum: sed quia talia excellenter appellari possunt. Exemplum &c. si dicas hominem risibilem. animal sensibile. aquam humidam &c. et hic vltimus modus maxime vitandus est: et magis licenter figurate positus oratoriq; vitandus. Poetis autem data est venia etiam licenter vtendi. vt quando propter futurum dantur. vt Infelix dido. propter felicitatem futuram non presentē. Sed vt ad institutum redeam. Si nullus est censendus error q̄ qui fiat cedendo de via: tunc

Error dui⁹ verum erit q̄ omnis error sit deuius. nec tamen superflue omnino ponetur: quia peculiariter erit censendus deuius. Est autem error in moribus. in doctrina. in opi. in factis. sed metaphorice omnis quodammodo a via seducit. Sed non omnis error malus est: vt docet Augustin⁹ qui se errore ab hereticorum insidiis liberatum dicit. Nec omnis dolus malus: vt medicoru₃ qui egrotantem dolo capiunt sed non circonueniunt. Ideo conuenienter a legisperitis dol⁹ malus notatur ad significandum ergo errorem malum: additum est deuius. Nam deuium in

Auius ai malum sonat. auium priuationem pre se fert: vnde auius est homo: qui sine via incedit: sicut auis inde dicta. Deuius autem qui contra viam ingreditur. sicut dedocens non qui nihil: sed q̄ contrarium aut obliuisci docet. Legendum autem est abducit. hoc est a vero bono ducit ad fal

Verba de loco sum. Vbi scies peritos dicendi s̄m Seruium potius vti verbis de loco q̄ ad locum significantibus etiam additis aduerbiis aut nominibus ad locum. vt quo abis. quo ruis. quo me fugis.

Fere Abducti sunt romam &c. Habes ante oculos propositam fere formam felicitatis. Non est legendum fore formam: sed fere. Et subdiuitur vt laurentius vallen. docet quedam vniuersalitas: vt sit fere omnem. Respuit autem particularitatem. Non enim dices fere aliquam. Que

Epicurus quidem sola considerans epicurus: ordo est. que sola iam quinq; dicta Epicurus considerans idest postq̄ considerauit ad voluptatem conducere: constituit voluptatem esse summum bo

Voluptas num. De qua re multa differit in vita eius Laertius ostendens eū sobria₃ vitam duxisse: et voluptatem non corporis potissimum sed animi probasse. Quod etiam patet ex verbis ipsius epicuri ad herodotum. Quorum pauca hec sunt. Reputandu₃ est concupiscentias partim esse naturales: partim inanes. atq; naturalium alias quidem necessarias: alias vero tantum esse naturales. Necessarie vero que sunt partim ad felicitatem: partim ad corpus tranquilitatem: partim ad vitam ipsam esse necessarias. Horum quippe sine errore speculatio est vt nouerimus quid eligendum quid ve fugiendum sit ad bonam corporis tuendam valitudinem corporisq; quietem. Hic enim finis bene beateq; viuendi. Huius enim gratia omnia aggerimus: vt neq; doleamus: neq; perturbemur. Vbi vero id penitus consecuti erimus: soluitur omnis tempestas animi cum non possit animal tendere quasi ad minus aliquid: et aliud querere quo animi corporisq; consummetur bonum. Tunc voluptate opus est: cum illam non ad esse dolemus non etiam voluptate indigemus. Quocirca voluptatem finem dicimus ad principium beate vite. Hanc enim primum bonum atq; ingenitum nouimus: atq; ab hac electione₃ omnē ac deuitationē icboam⁹ adq; hāc occurrim⁹ ꝑturbationē tanq̄ norma bonū discernētes. Quoniā vero primū istud et insitū bonum est: idcirco non omnem voluptatem eligim⁹ veru₃ sepe plerasq; trāsgredimur: quādo ex his maior molestia sequitur: doloresq; nōnullos voluptatibus prestare arbitramur: quando scilicet ex diutina toleratione doloru₃ maior nos voluptas sequitur. Omnis itaq; voluptas eo q̄ naturam propriam habet: bonum est: non tamen eligenda omnis. sicuti et dolor malum est: non tamen omnis repudiandus est dolor. Commensione itaq; et vtilium et inutilium discretione diligendi hec omnia iudicare conuenit. Vtimur enim bono per tempora quedam vt malo: ita rursus malo tanq̄ bono. Frugalitate₃ preterea magnum estimamus bonum: non vt semper vtamur modicis: s₃ nisi multa habeam⁹ vtamur paucis: hec ille inter multa alia. Diffiniuit autem vt. A. gelius docet. Voluptate₃ esse corporis ꝯstantē habitū. Quod vero mentis tranquillitatem ꝑcipuā voluptatem existimauit confitetur auctor noster dicens. iocunditatem animo videantur afferre. Hoc addam propter


imperitos: quando de auctore ipso et inuentore huius secte loquimur dicem⁹. Epicurus idem sentit. Quando vero de imitatoribus eius sic. Epicurij ita sentiunt. Cetera hui⁹ prose vt satis nota aut declarata pertranseo.

Metrum scdm tertij libri.

Uantas rerum flectat habenas. Hic incipit secundum metruz huius tertij qd dicitur pindaricum ab inuentore anapesticum a pede predominante: et est dimetrum: quod constat ex quattuor pedibus quoruz duo constituunt vnum metrum. In q metro phia: q supra dixerat qp vis nature operatur qp intētio hoīm sempertendit in bonum: ideo hic cōmendat vim nature ostendēs qp tanta est vis nature qp quantū cunqꝫ res adducatur assuefactione vel violentia ad aliquid qd inest sibi pter naturam tamen sibi ipsi derelicta semper redit ad illud quod inest sibi ꝫ naturam. et premittit suam intentionem. secundo manifestat propositu: ibi. Quāuis. Primo dicit mihi philosophie placet promouere. i. manifestare cantu arguto. i. sonoro lētis fidibus. i. chordis lente sonantib⁹ qtas habenas. i. naturales īclinationes potēs natura flectat i. regat quib⁹ legibus prouida natura seruet. i. cōseruet immensum orbem et quibus legibus natura stringat ligans singula irresoluto nexu. i. coniunctione indissolubili. ¶ No. qp triplex est natura. Natura naturās sicut est deus a quo dependet celū et tota natura. alia est natura naturans et naturata simul: sicut celum qd dicitur natura naturata qd dependet a deo: et dicitur natura naturans inqtum influit naturis istorum inferiorum. Alia est natura naturata tm̄ quam Beatus Augusti. sic diffinit. Natura est quedam vis et potentia diuinitus insita reb⁹ creatis: que vnicuiqꝫ rei suuz esse tribuit: que cum quisqꝫ malevtitur malus esse iudicatur. in proposito dictum philosophie potest intelligi de natura tertio modo dicta. licet quidā exponāt p natura primo modo sumpta. Item leges nature hic vocat determinationes vel proprietates naturales cuiuslibet rei a deo sibi constitutas. ¶ Quāuis peni pulcra. Hic phia manifestat ppositum per quattuor exempla. secundo generaliter concludit similiter esse in omnibus alijs: ibi. Repetunt. Prima in quattuor ptes ꝫm qttuor exempla q patebunt. Primū est de qdrupedib⁹ sicut de leonib⁹ q licz ex quadam assuefactione domanr: ita vt mitescant metuendo suū magistrum: tm̄ si multuz offendantur redit eoꝝ crudelitas naturalis: ita vt primo lacerant dentib⁹ magistrum suum. vn̄ dr in littera. Quāuis leones peni. i. libici gestent. i. portent pulchra vīcula. i. cathenas in collo: et captent. i. recipiāt escas datas: idest porrectas eis manibus sui magistri: et qpuis metuāt trucem: idest crudelem magistrum leones inqp soliti ferre: idest pati verbera magistri. sed si cruor tinxerit: idest madidauerit horrida ora: idest colla leonum per nimia verbera: tunc ani

Sanctus Thomas

Natura

¶ Metrum secundū libri tertij.


Uantas rerum flectat habenas
Natura potens: quibus immēsuz
Legibus orbem prouida seruet
Stringatqꝫ ligans irresoluto
Singula nexu: placet arguto
Fidibus lentis promere cantu. ∴
¶ Quamuis peni pulcra leones
Uincula gestent: manibusqꝫ datas
Captent escas metuantqꝫ trucem ∴
Soliti verbera ferre magistrum:
Si cruor horrida tinxerit ora
Resides olim redeunt animi ∴
Fremituqꝫ graui meminere sui
Laxant nodis colla solutis
Primusqꝫ lacer dente cruento
Domitor rabidas imbuit iras ∴

Que canit altis garrula ramis
Ales: cauee clauditur antro
Huic licet illita pocula melle
Largasque dapes dulci studio
Ludens hominum cura ministret:
Si tamen alto saliens tecto
Nemorum gratas viderit vmbras
Sparsas pedibus proterit escas
Siluasque tantum mesta requirit
Siluas dulci voce susurrat.
Validis quondam viribus acta
Pronum flectit virga cacumen
Hanc si curuans dextra remisit
Recto spectat vertice celum.
Cadit hesperias phebus in vndas
Sed secreto tramite rursus
Currum solitos vertit ad ortus

mi leonum resides. i. quieti redeunt ad naturalem crudelitatem et leones meminere sui. i. sue nature graui fremitu. i. magno rugitu: ipsi laxant. i. soluunt colla solutis nodis. i. ruptis vinculis: et primus suus domitor. s. magister ille imbuit. i. recipit lacer. i. laceratus rabidas iras cruento dente. s. leonis. No. secundum Isidorum. ij. ethimol. peni sunt homines carthaginenses. Est autem carthago ciuitas libie: propter quod leones libie vocantur leones peni. et huiusmodi leones libie faciliter domantur. No. quantumcunque leones domantur et assuefactione ducantur a sua crudelitate si tamen afficiantur cruore vel sanguine redeunt ad naturalem crudelitatem. Que canit. Hic ponit secundum exemplum quod est de volatilibus: et est tale. Auicula capta que preter naturam domesticatur quantumcunque foueatur delitijs hominum: tamen habita oportunitate redit ad siluestreitatem. Unde dicit in littera. Ales garrula que canit altis ramis: si illa capta clauditur in antro cauee. i. domuncula sup. vt ibi maneat ad solatium hominum: licet ludens cura hominum ministret huic aui pocula illita. i. linita melle: que pro et largas dapes ministret dulci studio: si tamen illa auis saliens ex arcto tecto. i. exarta domumcula viderit gratas vmbras nemorum. ipsa proterit pedibus suis escas sparsas: et ipsa mesta quia ipsa fuit detenta requirit siluas et dulci voce susurrat. i. cantat in siluis. Nota natura non assuescit in contrarium. si enim lapis centies millesies proijciatur sursum: non assuescit ascendere sursum. licet enim aliqua consuetudine vel violentia natura possit ad tempus impediri: tamen semper inclinatur ad proprium opus. Validus quondam viribus acta. Hic ponit tertium exemplum de vegetabilibus: sicut de virga crescente: quod tale est. Licet virgula erecta per violentiam incuruetur: tamen relicta proprie nature ipsa sursum erigitur. Unde dicit in littera. Virga quondam acta: idest coacta validis viribus supple hominis incuruantis eam: ipsa flectit pronum cacumen: sed si dextra curuans remiserit hanc ipsa spectat: idest respicit celum vertice. quasi diceret. deposita violentia incuruantis virga redit ad naturalem rectitudinem. Nota quod licet natura rerum inanimatarum non facile assuescat in contrarium: tamen in hominibus rationalibus multum facit assuescendo vel consuescendo: quia licet aliquis sit male complexionatus: tamen per vsum et consuetudinem habilitatur et complexio mutatur. vnde Seneca. Consuetudo est altera natura. Cadit hesperias phebus in vndas. Hic philosophia probat intentum suum ponendo quartum exemplum in corporibus celestibus: et est tale. Sol motus ab oriente in occidentem cadit in mare spericum: sed naturali inclinatione redit ad orientem sub nostro hemisperio. vnde dicit in littera. Phebus: idest sol cadit in vndas hesperias: idest occidentales sed secreto tramite: idest secreta via: scilicet sub terris rursus: idest iterum vertit currum suum ad solitos ortus: idest partes orientales.

Liber tertius Prosa tertia.

¶ Nota ꝙ Boe. hic loquitur more poetaꝝ qui dicebant solē tempore vespertino descēdere in mare occidentale: vt ibi lauaretur a sordibus et puluere quo maculat⁹ fuit existens in nostro hemispherio: sed hoc non est verum: quia sic apparet ruditati hominum. ¶ Repetunt proprios queq; recursus. Hic philosophia concludit id est esse in omnibus alijs entibus. videlicet ꝙ omnia entia quocunq; modo per violentiam seu assuefactionem a sua abducantur natura: tamen sibi derelicta semper redeunt ad illud qd̄ inest eis per naturam. vnde dicit in littera.

¶ Repetunt proprios queq; recursus.
Redituq; suo singula gaudent
Nec manet vlli traditus ordo
Nisi ꝙ fini iunxerit ortum
Stabilemq; sui fecerit orbem.

Queq; idest quelibet entia repetunt proprios recursus idest naturales motus: et singula idest omnia entia gaudent suo reditu supple redeūdo ad illud supple quod conuenit eis ſm naturam. Nec vlli manet id est adest traditus ordo nisi ꝙ suo fini iunxerit ortum idest principium: et fecerit stabilem orbem idest circulationem sui cōiungendo finem principio. ¶ Nota ꝙ orbis in proposito est circulus vel linea circunducta rediens ad idem punctum a quo incepit equaliter distans a medio: facit autem homo stabilem sui orbem procedens a deo tanꝗ̄ a suo principio: transit per temporalia in quibus non sistit sed redit⁹ ad deum tanꝗ̄ ad suum finem per contemplationem mentis.

Quantas rerum. Carmen hoc pindaricum dici volunt. Est autem vnius generis: et dimetrum. i. quattuor pedum duas mensuras facientium: sed tanta est inter pedes differentia et mutatio vt sine lege compositum putes. Est enim primus pes nunc spondeus. Vt quantas rerum ꝛc. Nunc dactylus. Vt Legibus orbem. Nunc anapestus. vt fidibus lentis. Secundus similiter nunc spondeus. vt Quantas rerum. Nunc anapestus. vt natura poteris. Nunc dactylus. vt Soliti verbera. Similiter tertius nunc anapestus nunc dactylus. nunc spondeus. Nisi transpositum putes. vt Largasq; dapes dulci studio. pro studio dulci. qd̄ potius credo. Item quartus pes sepe spondeus aut trocheus est. sed et tribrachum et anapestum ibi inuenies. Ostenditur autem hoc carmine quomodo natura dominatur arti et opinioni preter naturam adhibitis. Fidibus lentis. hoc ad modestiam spectat. Laurentius vt contra priscianum vt chorda plectri dicatur hec fides non hec fidis: scribitur autem chorda c aspirato. ¶ Quamuis peni. Penus pena penum. deberet scribi per oe diptongon que interdum mutatur in. u. vt punicus ca. cum. qd̄ pro eodem accipitur: sicut a pena fit punio. dicuntur autem leones peni: vel potius punici: eo modo quo res solent denominari a loco in quo prestantiores sunt. Nam vt pli. docet libro. viij. capi. xvi. naturalis hystorie in aphrica generosiores nascuntur leones iubati nisi a pardo generati degenerent: vbi de natura et generositate leonum plurima dicit: aristotelem secutus. Docetq; hannonem eos primum domuisse qui fuit vnus inter penos clarissimus. Verbera potius sunt flagella et instrumenta verberandi ꝗ̄ ipse verberationes. Si cruor horrida tinxerit ora. Non intelliges de cruore ipsorum quem pli. atrum vbicunq; vulnerati sint effluere docet: sed de cruore prede quo gustato rapiuntur furore: et in domitorem suum primum si proximus est irruunt. Statius in achilleide Achillem incensum bellico furore visis armis sanguine compersis leōni comparat. verba eius sunt. At ferus eacides radiantem vt cominus orbē. Celatum pugnis seuis et forte rubentem Bellorum maculis: accliuem conspicit hastam: Infremuit: torsitq; gen⁹: et fronte relicta Surrexere come: Nusꝗ̄ mandata parentis: Nusꝗ̄ occultus amor: totoq; in pectore troia est. Vt leo materno cum raptus ab vbere mores Accepit: pectiq; iubas: hominemq; vereri. Edidicit: nullasq; ruit nisi iussus in iras. Si semel aduerso radiaut lumine ferrum. It iurata fides: domitorq; inimic⁹: in illum Prima fames: timidoq; pudet seruire magistro: hec ibi. Euenit autem tempore domitiani ꝙ leo domitorem suum in spectaculo dilaniauit. Non ergo dicas ora idest cola sed reuera ora manducando sanguinolentas carnes aut bibendo sanguinem nature leonum sepe salubrem. Primusq; lacer et cetera. ordo est. Et domitor lacer idest laceratus dente leonis cruento: eo ꝙ cruorem gustauit.

Ascensius

Fides

Penus
Punicus
Pena
Punio
Leo

Verbera

Imbuo imbuit idest inchoat in se rabidas iras leonis. Est autem imbuere rei primam tincturam dare: et ideo transfertur vt sit quasi inchoare. sed fere adhibita tinctura quadam vel sanguinis vel alterius liquoris. Nisi forte ad animum transferatur: quo pacto artibus et scientijs imbutum dicimus qui eas imbibit: cum velut tabulam rasam in qua nihil scriptum esset adhuc animum haberet. Pronum cacumen idest summitatem in terram inclinatam. Cadit hesperias idest occidentales. ab hespero stella vespertina que illic apparet. Loquitur autem scdm opinionem vulgi: sicut Virg. in primo aenei. Quid tantum oceano properent se tingere soles hiberni ꝛc.

¶ Prosa tertia libri tertij.

S. thomas



Os quoq o terrena animalia. Ista est tertia prosa huius tertij in qua et in alijs sequentibus ostendit q vera felicitas non consistit in illis q̄ quidam putauerunt esse summa bona: sed tamen est felicitas in ipsis. Et primo philosophia ea q̄ dicta sunt in metro adaptat specialiter ad homines: et cum hoc ꝓponit intentum suum. Secundo probat suum intentum: ibi. Primum igitur. Dicit primo. dictum est q omnia repetunt suum finē: vos quoq o terrena animalia id est vos homines qui estis dediti terrenis somniatis idest imperfecte cognoscitis vestrum principium. licet tenui imagine idest exili similitudine: et prospicitis illum verum finem beatitudinis: licet cognitione minime perspicaci: tamen qualicunq cognitione eoq

¶ Prosa tertia libri tertij.



Os quoq o terrena aīalia: tenui licet imagine: vestrū tamē pricipiū sōniatis. Verūq illū beatitudinis finē licet minime perspicaci: qualicūq tamē cognitione ꝓspicitis: eoq vos ꝛ ad verū bonum naturalis ducit intentio: ꝛ ab eodē multiplex error abducit. Considera nāq an per ea quib⁹ se homines adepturos beatitudinē putāt: ad destinatum finē valeant peruenire? Si enim vel pecunia vl' honores ceteraq tale quid afferant: cui nihil bonorū abesse videat: nos quoq fateamur fieri aliquos horū adeptiōe felices Quod si neq id valēt efficere quod promittūt bonisq pluribus carēt: nonne liquido falsa in eis beatitudinis species deprehenditur?

id est ideo naturalis intentio ducit vos ad verum bonum et multiplex error ab eodem vos abducit. Et tunc proponit intentum suum dicens. Considera namq o Boe. an homines valeant peruenire ad destinatum finem idest ad beatitudinē per ea quibus putant se adepturos beatitudinem. si enim pecunia vel honores et cetera afferunt quid id est aliquid tale cui nihil bonorum videatur abesse: nos fateamur aliquos fieri felices adeptione horum bonorum: s; si non valeant efficere id est facere quod promittunt et carent pluribus bonis: nonne liqdo idest manifeste falsa species beatitudinis in eis deprehenditur. q. d. sic. ¶ Nota principiū omnium rerum quod est deus est vera beatitudo vt postea patebit. Tale principium quasi somniando cognoscitur et difficulter ad ipsum deuenitur. non enim perfecte in presenti statu ipsum cognoscimus: quia intellectus noster habet se ad ipsum sicut oculus noctue ad lumen solis. et secundo metha. Etiam ad talem beatititudinem cum difficultate peruenitur. vnde alanus i āticlaudiano de plāctu nature ꝛ sciētia dic. Difficilisq accessus ad hanc facilisq recessus. Accessus paucis: casus patet omnibus: in quam Vix aliquis transire valet: valet omnis ab illa Declinare via: que paucis peruia multis Clauditur: arta nimis intranti larga ruine. ¶ Primum igitur teipsum. Hic philosophia probat intentum suum: q ista bona non efficiat quod promittunt et per consequens in eis est falsa beatitudo. et primo ostendit hoc de diuitijs. post idem de alijs bonis. Primo ergo probat q diuitie non conferunt sufficientiam quā

videntur promittere: et propter quam appetuntur. Secundo probat ꝙ diuitie conferunt indigentiam. Tertio probat ꝙ indigentiam non auferunt. secunda ibi. Atqui inꝙ tam libero. tertia ibi Quis autem modus. Primo intendit talem rationem. In illis non consistit vera felicitas que non reddunt hominem sibi sufficientem: sed diuitie sunt huiusmodi: ergo ꝛc. Maior est nota: quia felicitas est bonum sufficientissimum nullius egens. Minorem declarat in

¶ Primum igitur teipsum qui pauloante diuitijs affluebas interrogo: inter illas abūdātissimas opes nūꝙ ne aīm tuū cōcepta ex qualibet iniuria cōfudit anxietas? Boe. Atqui inꝙ tam libero me fuisse aio: quin aliquid semper angeret reminisci nequeo? P. Nōne qꝛ aberat qđ abesse nō velles: vel aderat qđ adesse noluisses? B. Ita est inꝙ. P. Illius igitur presentiā huius absentiā desiderabas. B. Confiteor inꝙ. P. Eget vero inquit eo quod quisqꝫ desiderat? Boe. Eget inꝙ. Philo. Qui vero eget aliquo non est vsquequaqꝫ sibi ipse sufficiens. Boe. Minime inꝙ. P. Tu itaqꝫ hanc insufficientiam plenus inquit opibus sustinebas. Boe. Quid ni inꝙ. P. Opes igitur nihilo indigentem sufficientemqꝫ sibi facere nequeunt. et hoc erat quod promittere videbantur. ¶ Atqui hoc quoqꝫ maxime considerandum puto:

littera. et procedit philosophia more dyadascolico id est interrogando et respondendo. et dicit sic. Primum igitur teipsum Boeti. interrogo: qui pauloante diuitijs affluebas: idest abundabas. nūꝙ ne anxietas id est tristicia concepta ex qualibet iniuria confudit animum tuum inter opes abundātissimas. et respondit Boe. Atqꝫ pro certe ego nequeo reminisci me fuisse tam libero animo quin semper angeret id est offenderet aliquid. dicit philosophia. Nonne tibi aliquid aberat quod abesse non velles: vel tibi aliquid aderat quod adesse noluisses? Respōdet Boe. Ita est inꝙ. Tunc philosophia concludit dicens. Ideo illi⁹ quod aberat presentiam desiderabas: huius autē quod aderat desiderabas absentiam. Dicit Boetius. Confiteor inꝙ. Et philosophia inquit. Eget vero id est caret eo qđ quisqꝫ desiderat. dicit Bo. Eget. et philosophia. Qui vero eget aliquo non est vsquequaqꝫ sibi sufficiēs. dicit Boetius: minime supple est sufficiens. Et philosophia. tu itaqꝫ hanc insufficientiam sustinebas plenus opibus? Respondet boetius. inquam id ē dico. Quid ni id est cur non sustinerem insufficientiam etiam plenus opibus? Concludit ergo philosophia ex concessis dicens. Igitur opes nequeunt facere nihilo indigentem et sibi sufficientem: et hoc erat quod promittere videbantur. ¶ Nota ꝙ omnis appetitus est ratione carentie. Unde illud quod quis habet proprie non desiderat: sed magis amat. Unde Augustinus nono libro de ciuitate dicit. Item appetitus quo quis inhiat rei cognoscende fit amor rei cognite. ideo dicit philosophia. Eget vero quod quisqꝫ desiderat. ¶ Nota philosophia dicit. Qui eget non est sibi sufficiens. Contra hoc diceret aliquis. sapiens eget quia indiget bonis exterioribus sine quibus viuere non potest: et tamen sapiens est sibi sufficiens. per Senecam. ix. epistola qui dicit. Sapiens seipso contentus est. Ad hoc dicendum ꝙ sapiens indiget quibusdam ad viuendum: sed ad beate viuendum seipso contentus est. vnde dicit Sene. nona epistola. Sapiens seipso contentus est ad beate viuendum: sed non ad viuendum. ad viuendum enim multis rebus illi opus est: sed ad beate viuendum tantum contentus est animo sano erecto ꝛ despiciente fortunam. ¶ At qui hoc quoqꝫ maxime. Hic probat philosophia ꝙ diuitie conferunt indigentiam et per consequens non consistit in eis felicitas: cum felicitas sit bonum sine omni indigentia. probat autem in littera ꝙ pecunia confert indigentiam per hoc: quia

ꝙ nihil habeat suapte natura pecunia: vt his quibus possidetur inuitis nequeat auferri. Boe. Fateor inq̄. Phi. Quid ni inquit fateare cum eam quotidie valentior aliquis eripiat inuito? Unde enī forenses querimonie nisi ꝙ vel vi vel fraude a nolentibus pecunie repetū tur erepte? Boeti. Ita est inq̄. P. Egebit igitur inquit extrinsecus petito presidio quo suā pecuniā quisq̄ tueat̄? B. Quis id inq̄ neget. P. Atqui non egeret eo nisi possideret pecuniam quam possit amittere. Boeti. Dubitari inq̄ nequit. P. In contrarium igitur elapsa res est. Nam que sufficientes sibi facere putabantur opes: alieno potius p̄sidio faciunt indigētes ¶ Quis autē modus est quo pellatur diuitijs indigentia? Num enī diuites esurire nequeūt? Num sitire nō possunt? Num frig⁹ hybernū pecuniosorum mēbra nō sentiūt? Sed adest īquies opulentis quo famē satiēt: quo sitim frigusq̄ depellāt. Sed hoc modo cōsolari quidez diuitijs indigētia potest: sed auferri penitus nō potest. Nā si hec hyās semper atq̄ aliquid po

pecunia facit vt homo indigeat alieno presidio quo pecuniam suam tueatur: ne per violentiam auferatur. vnde subdit in littera. Atqui pro certe ego puto hoc maxime considerandum ꝙ pecunia nihil habeat suapte natura id est in sua natura vt nequeat auferri his innitis id est nolentibus a quibus possidetur. dicit Boeti. Fateor inq̄. Et philolosophia. quid ni fateare. quasi dicat: oportet vt fatearis: cum quotidie aliquis valentior: id est fortior eripiat eam inuito idest nolenti. vnde enim sunt querimonie forenses id est iudiciales: nisi ꝙ pecunie erepte vi vel fraude repetuntur in iudicio. Respondet Boetius. ita est inq̄ et philosophia. Egebit igitur quisq̄ presidio id est auxilio extrinsecus petito: quo tueatur suam pecuniam quam posset amittere. respondet Boetius. dubitari nequit. Tunc philosophia concludit ex dictis dicens. Igitur res est elapsa id est mutata in contrarium. nam opes que putabantur sibi facere sufficientes: faciunt potius indigentes alieno presidio. ¶ Nota ꝙ illud quod per violentiā acquiritur potest p violentiam auferri: sed pecunia per violentiam acquiritur: quia dicit Aristoteles primo ethicoruz ꝙ omnis pecuniosus est violentus: ergo violenter aufertur pecunia: propter quam violentiam fiunt querimonie forenses. ¶ Ubi sciendū ꝙ forum est locus rerum venalium: sed forus est locus exercendarum litium coram iudice. inde forensis idem est qđ iudicialis.

Forum

¶ Quis autez modus est. Hic philosophia probat ꝙ diuitie nō auferunt indigentiam: et sic per consequens non consistit in eis felicitas. et dicit quis est modus quo indigentia pellatur diuitijs. Nunquid diuites nequeunt esurire? q̄si dicat sic. nunquid non possunt sitire? quasi dicat immo. Nunquid membra pecuniosorum non sentiunt frigus hybernum id est hyemale? quasi dicat sic. Sed tu inquies id est dices. opulentis id est diuitibus adest aliquid quo famē satiēt et frigus repellant. Respondet philosophia. hoc modo indigentia potest consolari diuitijs: sed penitus auferri non potest. Nam si hec scilicet indigentia semper hyans id est desiderās et poscēs aliq̄d explet̄ opib⁹ necesse est tamē vt maneat īdigētia que possꝫ expleri: q̄ quātūcūq̄ sit̄ diuitijs vel fames mitiget̄: adhuc diues p⁹ sitiet ⁊ esuriet. ⁊ qđ nature nimiū est auaricie nihil satꝫ est. quare si opes nō possunt submouē. i. repellē īdigētiā sꝫ faciunt indigen-

tiam: quid est. i. quomodo esse potest ꝙ credatis eas prestare. i. dare sufficientiam. q. d. nullo modo debet credi. ¶ Nota ꝙ omnis indigentia: vel est indigentia nature vel auaricie. Indigentia nature paucissimis suppleri potest: eo ꝙ natura paucis minimisq; ꝯtenta est. vnde ꝓpter naturam non oportet multũ q̃rere diuitias: nec per diuitias indigentia nature amoueri potest sicut nec ipsa natura mutari potest. Indigentia vera auaricie est que nullo modo expleri potest ⁊ ita diuitie eã amouere nõ possunt: ideo plus augẽt: quia dicitur auarus non implebitur pecunia. ¶ No. ꝙ diuitie non solum non inducũt sufficientiam sed nec inducunt sapientiam. cuz dicat Seneca. Quid prosunt stulto multe diuitie duz per eas non possit fieri sapiens.

scens opibus expletur: maneat necesse est que possit expleri. Taceo ꝙ nature minimum: auaricie nihil satis ē. Quare si opes nec submouere indigentiaz possunt ⁊ ipse suã faciunt: quid est ꝙ eas sufficientiam prestare credatis?

¶ Metrũ tertiuz libri tertij.



Quamuis fluẽte diues auri gurgite
Non expleturas cogat auar⁹ opes



Os quoq; ⁊c. Pauca b lucis egent. Vocat aũt terrena aĩalia eo ꝙ rebus terrenis adhereant in illis finem constituentes. Efficere est plus ꝙ facere. facere eniz sepe contingit sine effectu. i. completione operis quod fieri cepit. Eget vero. Ordo est. vero pro sed quisquis eget: idest opus habet et indiget eo qđ desiderat. Non autem expones eget: idest caret: quia multis caremus quibus non egemus: vt vir plebeius caret censu equestri: ⁊ tñ non eget. Egemus enim quibus nobis opus est: ⁊ q̃ quodãmodo necesse est nos habere ad conditionem vite nostre saluandam. Caremus omnibus que non habemus: habere tamen velimus proprie. Nam vacamus malis vt pena ⁊ culpa. Desideramus autem quod abest et adesse velimus: vel qđ non reperimus vbi sperabam⁹: cum iam desierit esse: vt mille viros in prelio desideratos: intelligimus interemptos ⁊ ob id cum quererentur a suis non inuentos. Forum a phoro greco verbo qđ significat fero ⁊ porto deductum volunt: significatq; locum quo tam res venales ꝙ lites feruntur. Et ꝓvtroq; apud latinos neutri est generis. vnde dictum est forum iudiciale non iudicialis forus. Recentiores tamen: idest canoniste: ad differentiam pro foro iudiciali masculine proferunt forus: vt patet cap. forus. Legitur autem apud latinos fori fororum pro tabulatis nauium in quibus sedent remiges. vt quarto Eneidos. Implessemq; foros. Consolari quidem diuitijs indigentia potest: auferri penitus non potest. Male legunt qui dicunt sed auferri penitus non potest. Quia vt docet Valla: quotiens he coniunctiones: sed: autem: vero: ponuntur verbum non est repetendum: quod legitime reperitur illis ablatis vt indigentia pecunijs leuari quidem potest: auferri autem non. vel sic: leuari potest: auferri non potest. Non tamen castigassem nisi sic quoq; scriptum repperissem. Non eñ semper que laurentius precipit etiam periti obseruant. Male etiam quidam legunt. Taceoq; nature nimium. Legendum eñ est minimum. Et est ordo. taceo ꝙ minimum est satis nature: et nihil est satis auaricie. quapropter satiari nond potest. dicit enim Seneca. Tam deest auaro quod habet ꝙ qđ non habet: quia nescit eo quod habet frui. Et Juuenalis. Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Ascensius

Egeo
Careo
Vaco

Desidero

Forum
Forus
Fori

Sz aũt ⁊c.

¶ Metrum tertium tertij libri



Quamuis fluente diues auri gurgite. Istud est tertiũ metrũ hui⁹ tertij qđ dr̃ archiloicũ ab inuentore: iambicũ a pede ꝑdñante cui ꝯiungit̃ metrũ elegiacũ. in quo metro phĩa inuehit̃ ꝯtra auaros quos in presenti vita sollicitudo diuitiarum affligit ⁊ in morte derelinquit. ⁊ dicit. ꝙuis diues auarus fluẽte. i. inundãte auri gurgite. i. multitudĩe cogat. i. ꝯgregat opes nõ expleturas suã cupiditatẽ: ⁊ ꝙuis diues oneri. i. ꝑmat colla sua baccis. i. gẽmis ꝑciosis rubri littor(is)

Sanctus Thomas

idest rubri maris: quia gēme colliguntur in littore rubri maris. et quāuis scindat. i. diuidat arando rura opima. i. agros fecūdos centeno boue. i. cū centū bobus: adhuc cura mordax. i. sollicitudo non deserit ipm superstitē. i. viuentē: et pro et leues opes que leuiter transeunt non comitant ipsum defunctum. i. mortuum. ¶ Nota circa litteram quod gurges sm Huguitionem et Isido. in libro ethimolo. est locus altus. i. profundus in flumine: et in proposito significat abūdantem affluentiam auri. Item sm Huguitōez bacca per duplex c inuenitur positum pro fructu oliue vel lauri: vel pro quolibet fructu. aliquando ante inuenitur pro gemma preciosa: et sic sumitur hic. Item diues auarus duplici malo premitur. in presenti vita sp sollicitatur: et post mortem nihil eum de diuitijs comitatur: de quo diuite loquitur Alanus in libro de planctu nature dicens. Ut loculis varia nūmorum fercula donet. Imponit proprio diues ieiunia ventri. Item ioculatur ocellis diues in argēto: sed venter philosophari cogitur.

Gurges

Bacca

Oneretque baccis colla rubri littoris
Ruraque centeno scindat opima boue
Nec cura mordax deserit superstitem
Defunctumque leues non comitantur opes.

Ascensius

Quamuis fluente etc. Cantus hic est dicolos distrophos. prior versus est archilochius trimeter iambicus: senis pedibus constans inter quos predasitur iambus. Posterior est elegiacus pentameter: de quo in primo carmine libri primi dictum est. Sensa verborum aperta sunt: verba ipsa non obscura. Attende tamen Gurgitem proprie dici fluctum precipitem omnia ingurgitantem et secum rapientem. Potest autem loqui generaliter de quocunque gurgite. sunt enim varij fluuij auriferi: et habentes arenas auro insignes. vel loquitur specialiter de tago et pactolo fluuijs auriferis: de quorum priore sic inquit Iuuenalis. tanti tibi non sit opaci. Omis arena tagi: quodque in mare voluitur aurum. Ut somno careas. De pactolo vide ouidium in. xi. metamorphos. Oneretque baccis. Bacca c duplici et sine aspiratione scriptum: significare potest omnem fructum minorem arborum et fruticum proprie tamen Oliue Lauri Myrti Lentisci Fabe Syriace: et eiusmodi arborum: quarum fructus rariores veniunt et dispersius: vt inquit Ualla. Nam qui densius nascuntur acini potius vocandi sunt: vt grana vue: hedere: sambuci: ebuli: malipunici etc. Sed nonnunquam confunduntur. Quia bacca generaliter accipitur vt auctor est Seruius ad illud tertij Eneidos. Uictum infelicem baccas lapidosaque corna dant rami. Unde alibi pro acinis ebuli dicit Uirgilius. Sanguineis ebuli baccis minioque rubentem. Et quia vniones baccarum rotunditatem et figuram habent: etiam bacce dicuntur. vnde est primo Eneidos. Colloque monile baccatum: idest (inquit Seruius) ornatum margaritis. Dicitur autem hoc margaritum: et hec margarita et hec margaris. Sunt qui separant gemmas et margaritas. Cicero. Nullam gemmam aut margaritam. Et gemmas dicunt diuersi coloris: margaritas vero albas: vel gemmas integras: margaritas pertusas. Hec Seruius. Quare autem vniones vocentur docet Plinius: quoniam enim singule reperiuntur huiusmodi gemme: ab vnitate vniones vocantur. Unde Solinus. Lapis iste in aquis mollis est: humo duratur exemptus: nunquam duo simul reperiuntur. vnde vnionibus nomen datur. Nascuntur autem: vt docet Plinius Bacce in mari indico: sed precipue laudantur circa arabiam persico sinu maris rubri etc. Inde hic dicit rubri littoris. Baccha autem aspiratum sacerdos est bacchi: sicut phebas phebi. Rura opima: idest pinguia arua et fecunda. dicitur autem rus: quia rursum colendum est. Uirgilius in georgicis. Redit agricolis labor actus in orbē: Atque in se sua per vestigia voluitur annus. Opimum autem fecundum et pingue dicitur: et per translationem opulentum et pomposum. Unde opima spolia sunt que principi militie detracta Ioui olim dicabantur. Nec cura mordax. Assidue mordens. dicitur cura: eo quod cor vrat. Est ergo misera diuitiarum possessio: que neque hic sine anxietate possidentur neque sine labore pariuntur: neque sine dolore derelinquuntur: cum tamen derelinqui debeant: quia non comitantur defunctum nisi forte per elemosynas premiserit eas.

Gurges

Bacca

Acinus

Margarita

Gemma

Uniones

Baccha

Rura

Opima

Cura

Liber tertius Prosa quarta.

¶ Prosa quarta tertij libri.



Sed dignitates. Ista est quarta prosa huius tertij in qua probat philosophia ꝙ dignitates temporales non conferunt honorem et reuerentiam quaꝫ promittere videntur: et per consequens non est in eis vera beatitudo. et primo proponit ꝙ dignitates faciunt honorabilem. secundo improbat illud: ibi. Num vis. Primo dicit. Sed dignitates reddunt hominem honorabilem et reuerenduꝫ prouenerint. S. thomas

¶ Prosa quarta tertij libri.



Sed dignitates honorabilem reuerendumqꝫ cui prouenerint reddūt ¶ Num est vis ea magistratib⁹ vt vtentium mentibus virtutes inserant: vitia depellant? Atqui non fugare sed illustrare poti⁹ nequitiam solent. Quo fit vt indignemur eas sepe nequissimis hominibus contigisse. Unde catullus licet in curuli nonium sedentem strumam tamen appellat. Uides ne quantum dedecus malis adijciant dignitates? Atqui minus eoruꝫ patebit indignitas: si nullis honoribus inclarescant. Tu quoqꝫ num tandē tot periculis adduci potuisti: vt cum decorato magistratum gereres: cum in eo mentem nequissimi scurre delatorisqꝫ respiceres? Num enim possumus ob honores reuerentia dignos iudi

¶ Nota honor est exhibitio reuerentie alicui in testimonium virtutis: sicut accipitur ex quarto ethicoruꝫ vel aliter. Honor est opinionis benefactiue signum vt dicit Aristot. in libro rhetori. Quando enī opinamur nobis posse bene fieri ab aliquo ipsum honoramus. Sꝫ reuerentia est decens ac matura grauitas ſm Tul. ¶ Num est vis ea magistratibus. ¶ Hic philosophia improbat propositum quadruplici via scilicet ꝙ dignitates non conferunt honorem et reuerentiam. Primo: qnia malis sepe eueniunt. secundo quia per dignitates vicia improborum innotescunt. tertio quia opinione hominum vilescunt. quarto quia temporum mutatione splendere desinunt. secunda ibi. In quo. tertia ibi. Atqꝫ vt cognoscas. quarta ibi Sed hoc apud. Primo di. Nuꝫ ꝑ nunquid ea vis id est talis virtus est magistratibus id est dignitatibus vt inserant virtutes mentibus vtentium eis et depellant vicia. q. d. non. vnde subdit. At qui pro certe dignitates non solent fugare nequitiam: sed potius illustrare id est manifestare quo fit id est propter quod fit: vt nos indigemur eas sepissime contigisse hominibus nequissimis. Unde Catulus qui erat vir sapiens et virtuosus Nonium qui erat homo viciosus appellat strumam: licet viderit ipsum sedentem in curuli: id est in sede dignitatis iudiciaria. Uides ne igitur quantum dedecus dignitates adijciant malis hominib⁹ et manifestant eos esse contemptibiles a bonis. Atqui pro certe indignitas: id est malicia eorum minus patebit si nullis honoribus inclarescant id est splendeant. O Boe. nunquid tu potuisti tot periculis adduci id est affligi: vt cum decorato id est tali viro magistratum gereres: cum in eo respiceres mentem nequissimi scurre et delatoris. q. d. non. Nunquid possumus iudicare dignos reuerentia ob honores id est propter dignitates quos iudicamus indignos: ipsis honoribus id est dignitatibus. q. d. non. et si quem videres preditum sapientia: licet non haberet dignitatem: nunquid posses eum non putare dignum reuerentia vel sapientia qua preditus esset. q. d. non posses eum iudicare indignum sapientia et virtute sua. quia propria dignitas inest virtuti: quā virtus transfundit in eos quibus fuerit adiuncta: et quia populares honores hoc facere nequeūt: liquet. i. manifestum est eos propriam pulchritudinē dignitatis non habere. ¶ Nota ex littera potest formari talis ratio. Illud quod adueniens alicui non confert honorem: illud non facit vere honorabilem: sed dignitates non conferunt

Honor

Reuerētia

care: quos ipsis honorib⁹ iudicam⁹ īdignos? Atsi quem sapiētia preditū videres: num posses eum vel reuerētia vel ea qua preditus est sapientia nō dignum putare? Boe. Minime. Phi. Inest enim dignitas propria virtuti quā protinus in eos quibus fuerit adiuncta transfundit: quod quia populares facere nequeunt honores: liquet eos propriam dignitatis pulchritudinem non habere. ¶ In quo illud est aduertendū magis. Nam si eo abiectior est quo magis a pluribus quisq̄ contemnitur: cū reuerendos facere nequeat quos plurib⁹ ostētat dēspectiores poti⁹ improbos dignitas facit: verum nō impune. Reddunt nāq̄ improbi parē dignitatibus vicem: quas sua contagione cōmaculant. ¶ Atqui vt agnoscas veram illam reuerentiam per has vmbratiles dignitates non posse contingere sic collige. Si quis multiplici consolatu functus in barbaras nationes

honorem cui adueniunt nec tollunt si non adueniunt: ergo ꝛc. Minor probatur: quia honor sequitur virtutem: ex quarto ethicorum. vnde viciosum nullo honore dignum reputamus in quacumq̄ dignitate fuerit. sed solum virtuosum etiam si non sit in dignitate. cum igitur dignitates temporales non conferant virtutes nec tollant vitia: manifestum est ꝙ honorabilem non faciunt. ¶ Nota Catulus erat vir sapiens et virtuosus: qui Nonium sedentem in curuli ex animi indignatione vocabat strumam: eo ꝙ viro tam malicioso collata fuit dignitas. Est autem struma congeries humorum in collo. sub hac autem similitudine ipsum appellat strumam: quia in pectore habuit congeriem viciorum. ¶ Nota ꝙ rex theodoricus voluit quendam nomine decoratum violenter tendere in magistratum vt vna cum Boe. rempublicam regeret: cuius nequiciam Bo. detestatus recusauit sibi associari: propter ꝙ Boeti. multis iniurijs afflictus fuit a rege theodorico. ¶ No. ꝙ scurra ƀm Huguitionem idem est qđ leccator vel vaniloquus. proprie autem dicit̃ qui sequitur curiam gratia cibi.

Scurra

Assentior inq̄. Ista est vndecima prosa huius tertij in qua phia inducit Boe. in cognitōem quorūdam q̄ prius fassus fuit ignorare.s.q̄s sit finis oim rerū.⁊ q̄bus gubernaculis mund' regat. Prio ducit ipm in cognitōem primi scd'o in secundi in sequēti psa. Primo phia inuestigat diffinitionē boni.secundo ex hoc ondit quid sit finis omniuz reruz ibi. Et ille minimū. pmo pmittuntur quedā. Scd'o phia aggredit ppositū: ibi. Nōne inquit. primo Boe. assentiens di. Assentior inq̄.s.iā dictis. Cūcta enī pstant nexa firmissimis rationib' q̄ demōstratiuis. ⁊ phia inq̄t. Quanti scilicet precij estimabis si agnoueris quid sit ipsum bonū. Rn̄det Bo. Infiniti.s.precij inq̄ estimabo: siquidez mihi pariter ptingat agnoscere deum qui bonum est. di. philosophia. Atqui p certe hoc patefaciam verissima rōne. maneant: idest pcedantur mō.i. tm̄modo q̄ pclusa sunt pauloante. ⁊ di. Bo. manebunt sine oī ptradictiōe in sui veritate. ¶ Notandum q̄ ad pbandum aliquā pclusionem oportet principia manere in sui veritate ⁊ ea pcedi. si enim negarent nō posset ex eis deduci conclusio. volens g̃ phia ex his q̄ pclusa sūt tā q̄ ex principijs pcludere quid sit bonum: dicit hoc velle facere manentibus his q̄ probata sunt. ⁊ di. Boe. q̄ manebunt in sui veritate ¶ Nonne inquit monstrauim' ea Hic philosophia aggreditur intētum ondendo quid sit bonum. ⁊ intendit probare istam pclusionem Bonuz est illud quod omnia appetunt: quaz probat tali ratione. vnum ⁊ bonum sunt idem: sz omnia appetunt esse vnum: ergo omnia appetunt bonuz. Circa istam rationem sic procedit. Primo pbat maiorem. Scd'o minorem. Tertio resumpta maiore īfert pclusionem. Scd'a ibi. Nosti ne igit. Tertia ibi. Est ne igit. pbat ergo maiorem q̄ vnum ⁊ bonum sunt idem per modum q̄stionis. Et primo querit di. Nōne supra monstrauimus in nona prosa ea que appetuntur a pluribus.s.sufficientia: reuerētia: potētia: idcirco non esse vera bona ⁊ perfecta: qm̄ discreparent a se inuicem sup. eo modo quo appetuntur a pluribus. ⁊ cum alterum adesset alteri non posse afferre plenū ⁊ absolutū bonū q'd nullo indigeat. tunc sup. ante monstrauim' vnū verū bonū fieri: cum colliguntur in vnā formā beatitudinis atq̄ efficiētiā i. vnam causam efficientē.s.deum: vt que sit sufficientia: eadem sit potentia: reuerentia: claritas: ⁊ iocūditas. nisi vero oīa sint vnū ⁊ idē monstratū est ea nihil habere quo numerentur.i. computentur inter expetenda.i. desideranda. ⁊ di. Boe. Demonstratum est inquā. nec vllo modo dubitari pōt. Ulteri' q̄rit phia. illa q̄ cū discrepant mīme sunt bona: ⁊ cū ceperint eē vnum bona fiūt: nōne h' ptingit fieri bona adeptiōe vnitatis. di. Boe. Ita vr̄ eē inq̄. Et subdit phia.

Sanctus Thomas

¶ Prosa vndecima tertij libri. Boe.



Assentior inq̄. cuncta enim firmissimis nexa rationibus pstant. Phi. Tum illa. Quanti inquit tu estimabis si bonum ipsum quid sit agnoueris. Boe. Infiniti inquam: si quidem mihi pariter deum quoq̄ qui bonum est ptingat agnoscere. Phi. Atqui hec verissima inquit ratione patefiant: maneant modo que pauloante conclusa sunt. Boe. Manebūt inq̄. Phi. ¶ Nōne inquit mōstrauimus ea que appetuntur a pluribz idcirco vera pfectaq̄ bona nō esse: qm̄ a se inuicē discreparent cūq̄ alteri adesset alterū plenū absolutūq̄ bonū afferre nō posse? Tū autē veruz bonū fieri cum in vnam veluti formā atq̄ efficientiam colliguntur: vt que sufficiētia est eadē sit potentia: reuerentia: claritas: atq̄ iocunditas. Nisi vero vnum atq̄ idem oīa sint: nihil ha

Unum et bonum

Sz omne qđ est bonũ ꝑticipatõe boni cõcedis esse bonũ: an mime. Et dicit Bo. Ita est. Tĩc phia ex ꝯcessis ꝯcludit maiorẽ di. Igit᷑ fili rõne oz vt ꝯcedas vnũ ⁊ bonũ esse idẽ. ⁊ confirmat illã ꝯclusionẽ ꝑ locũ ab effectu dicens. Nã eadẽ est substantia eoꝝ quoꝝ non est naturalr̃ diuersus effectꝰ: q2 idẽ inquãtũ idẽ natũ est facere idẽ. Bo. ꝯcedẽs. di. Negare inq̃ neqo. ¶ No. ex lr̃a sic ꝓbatur ꝙ vnũ ⁊ bonũ sunt idẽ. Quecunqꝫ non sunt bona nisi q2 sunt vnũ nõ sunt bona nisi adeptione vnitatis: sz omnia sunt bona adeptiõe vnitatis: ergo vnũ ⁊ bonum idem sũt. Uel aliter arguitur sic. Oĩa sunt bona adeptione bonitatis: oĩa sunt bona adeptione vnitatis: ergo bonũ ⁊ vnum idem sunt. Aliã rõnez innuit in lr̃a di. Illa sunt vnũ quorũ non est diuersus effectꝰ: q2 idẽ inq̃tuz idẽ non facit nisi idez. ex. ij. de generatione: sz vniꝰ ⁊ boni non est diuersus effectus: q2 effectus vtriusqꝫ est bonum: g᷑ sunt idez: ⁊ hec conclusio ptz ex. iiij. metaphi. vbi Aristo. vult ꝙ bonum ⁊ vnuz ꝯuertantur. ¶ Nosti ne igitur omne qđ est. Hic phia ꝓbat minorez s. ꝙ oĩa appetunt esse vnũ ꝑ talez rõnem. Unũquodqꝫ tãdiu manet atqꝫ subsistit q̃diu est vnum: sed oĩa naturaliter appetunt ꝑmanere ⁊ subsistere: ergo oĩa appetunt esse vnũ. Illius rõnis primo declarat maiorem. scđo minorẽ: ibi. Est ne igitur. tertio resũpta maiore concludit intentũ: ibi. Qđ autẽ inquit. Primo ergo declarãs maiorem ꝙ vnũquodqꝫ tandiu manet q̃diu est vnum dicit. Nosti o Boe. omne quod est tãdiu manere atqꝫ subsistere q̃diu sit vnum: cum desiterit esse vnum pariter contingit dissolui atqꝫ interire. q̃rit Boe. Quonãmodo. phia declarat in exemplo dicens. in animalibꝰ hec ptz: cũ aĩa ⁊ corpus in vnũ coeunt atqꝫ ꝑmanẽt vnuz: illud vnum vocatur animal. cuz vero hec vnitas dissoluit᷑ separatione vtriusqꝫ s. aĩe ⁊ corpis: liq̃t: idest manifestum est aĩal interire ⁊ non iam esse animal. Ponit aliud exemplũ. ipsum etiã corpus humanũ cũ ꝑmanet in vna forma coniunctione membroꝝ: tũc visitur. i. videtur humana spẽs. sed si partes corporis distribute ⁊ segregate. i. separate ab inuicẽ distraxerint vnitatẽ corpus desinit esse qđ fuerat. eodem mõ ꝑcurrenti cetera ꝓculdubio patebit vnũquodqꝫ subsistere. i. permanere dum est vnũ. cũ vero desinit esse vnũ interire videt᷑. ⁊ dicit Boe. Minime inq̃ videtur mihi aliud consideranti plura. ¶ Nota ꝙ aliquis diceret non vr̃ ꝙ esse ⁊ esse vnum sint eadẽ q2 mali sunt ⁊ tñ non sunt vnũ. ꝓbatio: vnũ ⁊ bonũ sunt idẽ vt iã ꝓbatuz est: sed mali non sunt boni: ergo non sunt vnum. Ista ratio soluitur ex quarto huius negando maiorez: q2 philosophia quarto huius ꝓbat malos nõ solum non esse potẽtes: sed simpliciter non eẽ. Un

bere quo inter expetenda numerent᷑. Boe. Demõstratũ est inq̃ nec dubitari vllo modo põt. Phi. Que igitur cũ discrepãt minĩe bona sũt: cũ vero vnũ esse ceperint bona fiũt: nonne hec vt bona sint vnitatis fieri adeptione cõtingit? Boe. Ita inq̃ videt᷑. Phi. Sed omne qđ bonũ est: boni participatione bonũ esse concedis: an minime? Boe. Ita ẽ. Phi. Oportet igitur idez esse vnũ atqꝫ bonũ simili ratione cõcedas. Eadem nãqꝫ substantia est eoꝝ quoꝝ naturaliter nõ est diuersus effectus. Boe. Negare inq̃ nequeo. Phi: ¶ Nosti ne igit᷑ inq̃t oĩe qđ est tãdiu manere atqꝫ subsistere q̃diu sit vnũ: sz interire atqꝫ dissolui pariter atqꝫ vnũ eẽ desiterit? Boe. Quonãmodo? Phia. Ut in animalibꝰ inquit cum in vnũ coeunt ac permanẽt: aĩa corpusqꝫ id aĩal vocat᷑. cũ vero hec vnitas vtriusqꝫ separatiõe dissoluitur: interire nec iam eẽ animal liquet: ipsum quoqꝫ corpus cuz in vna forma mẽbroꝝ cõiunctõe permanet: humana vi-

de mali bene sunt mali: sed ꝙ simpliciter dicantur esse nō est verū. sicut homo mortuus simpliciter nō est homo. et de hoc videbitur in quarto ¶ Est ne igitur inquit. Hic phia probat seu declarat minorē sc3 ꝙ omnia appetant eē et permanere. et primo ostendit hoc. scdo ꝓbat ꝙ talꝭ appetit⁹ est naturalis. secunda ibi. Neq; nunc nos. primo ostendit intentū in animalibus. secūdo in vegetabilibus. tertio in rebus inanimatis. secunda ibi. Atqui non est. Tertia ibi. Ea etiā. Primo dicit phia. Est ne aliquid quod ĩquantū naturaliter agat ꝯsideret ad interitū. i. ad morte3: q; pro ⁊ ad corruptionē relicta appetētia subsistēdi. Respondet Boe. Si considerē animalia que habent naturā. i. appetitū volendi. i. appetendi: et nolendi i. fugiēdi aliquid: nihil inuenio ꝙ abijciat intentōe3 manendi sup. i rerū natura: et festinet sponte. i. voluntarie ad interitū nullis causis extra cogentibus: quia omne animal laborat tueri salute3 et deuitat mortē et perniciē. sed ego prorsus dubito quid de herbis et arborib⁹: quid de rebus inanimatis omnino consentiā supple: an talia appetant esse ⁊ permanere. ¶ Nota Boeti⁹ non dubitat qn animalia appetant esse et permanere. cuius rationem innuit. illud quod laborat tueri salutē et vitare mortē: hoc appetit esse et pmanere: sed omne animal est huiusmodi: ergo ⁊c. sed vtrū ita sit in vegetabilib⁹ ⁊ in rebus inanimatis de hoc dubitat: et potest esse ratō dubitationis: quia in talibus non sunt operationes ita manifeste subseruientes appetitui naturali permanendi: sicut in animalibus que mouentur ad percipiendū nutrimentū et alia que pertinēt ad conseruationē vite. ¶ Atqui non est ꝙ de hoc possis. Hic philosophia probat ꝙ vegetabilia sicut herbe et arbores appetant esse et permanere. Et hoc probat quattuor modis sicut patebit. Primo ex locorū qualitate: quia in talib⁹ locꝭ nascunt̄ vbi diuti⁹ possūt ꝯseruare ĩ esse. vñ di. Atq̄ ꝑ certe. O Boe. nō ē ꝙ possis ābigere. i. dubitare de h: vtrꝫ inanimata ⁊ vegetablia appetēt eē. ꝑmū. i. ꝑmo signo cū tu ĩtuearꝭ herbas atq; arborea innasci locꝭ sibi ꝯueniētib⁹: vbi ꝙtū eaꝝ nature queat nō possūt cito exarescere ⁊ ĩterire. Nā alie cāpis oriunt̄ sic oliue. Alie mōtib⁹ sic cypssi. Alias ferūt paludes sic alnos salices. Alie herēt saxis sic herbe q̄ dicūt̄ capilli venerꝭ ⁊ barbā iouis. Aliaꝝ herbaꝝ sūt fecūde. i. abūdātes steriles arene. vt illi⁹ herbe q̄ dr̄ mericaq̄. si q̄sꝙ cōat̄ trāsferr̄ ĩ alia loca arescūt: sed natura dat vnicuiq; quod sibi ꝯuenit ⁊ elaborat ne intereant ꝙdiu manere possunt. ¶ Nota locus est principium generationis: quia saluat et conseruat locatum: et ipso me-

situr species. At si distribute segregateq; ptes corporis distraxerint vnitatē: desinit eē quod fuerat. Eoq; modo percurrenti cetera pculdubio patebit subsistere vnūquodq; du3 vnū est: cum vero esse desinit interire. Boe. Consideranti inq̄ mihi plura minime aliud videtur. Phi. ¶ Est ne igitur inquit quod inquātū naturaliter agat rlicta subsistēdi appetētia venire ad interitū corruptionēq; desideret. Bo. Si aīalia inq̄ ꝯsiderē q̄ habēt aliquā volēdi nolēdiq; naturā: nil inuenio qđ nullis extra cogētib⁹ abijciat manēdi intentionem: ⁊ ad interitū sponte festinent. Omne nāq; animal tueri salutē laborat: mortē vero perniciēq; deuitat. Sed quid de herbis arboribusq;: quid de inaīatꝭ omnino ꝯsentiē in rebus prorsus dubito. Phi. ¶ Atqui non est ꝙ de hoc possis ambigere: cum herbas atq; arbores intuearis primum sibi conuenientibus innasci locis: vbi quantum earu3 natura queat cito exarescere atq; interire non possint. Nam alie quide3 campis: alie mōtib⁹ oriūtur: alia fferunt paludes: alie saxis herēt:

diante virtus celestis influit ipsi locato. Cum igitur vegetabilia sicut herbe et plante requi-rant determinata loca in qbus saluātur et in aliis arescant patet ꝙ ipsa appetant esse et per-manere. ¶ Quid dicā ꝙ omnes. Hic philosophia probat idē alio signo quod sumitur ex mo-do situationis partium ꝺm conuenientiam ad attractionē alimenti quo cōseruatur esse eo-rum. Et di. Quid dicam ex hoc ꝙ omnes scilicet herbe et arbores trahunt alimēta radicibus velut ore demerso in terras. et dif fundunt sibi alimentum per me-dullas: per robur qꝫ pro et corti-cem: quod nō est nisi propter ap-petitum ꝑmanendi. Tunc ponit aliud signum quod sumitur de di-spositione ꝑtium ad prohibendū nocumētum extrinsecū di. Quid dicam ex hoc ꝙ nobilissimū quod qꝫ sicut est medulla semper recon ditur id est locatur interiori sede id est in medio plante: extra vero tueatur quadam ligni firmitate. vltimus autem id est exterior cor tex arboris: quasi patiens mali id est potens sustinere mala oppo-nitur defensor aduersum intēperi eē celi id est aeris. tunc ponit ali-ud signū quod sumitur ex propa-gatione seminis quod ordinatur ad conseruationē nature in alio simili in specie: cū non possit ma nere idem in numero: et dicit. Iā vero q̄ta est diligentia nature vt cuncta propagentur semine mul tiplicato su p. cōsidera que oīa semina quis nesciat esse tanq̄ q̄s dam machinas id est instrumen-ta manendi: non modo idest non tantū ad tempus: verūetiā per manendi in perpetuum generatī id est successiua generatione: qua si dicat. nullus est cui hec non pa-teant. ¶ Notandū ꝙ radices plā tarum ori similes sunt: cū habeāt eandē operationem supple trahē alimentū. habent autē plante ra-dices infixas terre: quia ex terra humorē trahūt et alimentū quod primo diffunditur in medullā: de inde in robur: deinde in corticē. ē autē medulla molissimū quod est in medio plāte vel arboris nō po tens pati intemperiē caloris et frigoris: ideo natura ipsā locauit in medio quā circundat ro-bur quod est lignū arboris. robur autē circundatur cortice exteriori tanq̄ defensore ab intem-perie aeris. ¶ Notandū ꝙ quia vegetabilia non possunt idē numero manere: ideo natura ꝓ-ducit in eis semina per quorū propagationē permaneant idem in specie scilicet in suo simili. ¶ Ea ēt q̄ iaīata. Hic phia ꝓbat ꝙ ēt iaīata appetāt eē duobus signis. prīo ex iclinatiōe natu rali eoꝝ ad locū. et dicit sic. Ea etiā q̄ creduntur esse inanimata: vt lapis: aer: ignis nonne desi

Radices

aliarum fecunde sunt steriles arene: quas si in alia quispiam loca transferre conatur arescūt. Sed dat cuiqꝫ natura quod conuenit: et ne dum manere possunt intereāt elaborat. ¶ Quid di cam ꝙ omnes velut in terras ore demerso tra hunt alimenta radicibus: ac per medullas ro-bur corticemqꝫ diffundūt? Quid quod nobilis-simum quodqꝫ sicuti medulla est in iteriori sē-per sede reconditur: extra vero quadā ligni fir mitate. vltimus autem cortex aduersum celi ī tēperiē quasi mali patiēs defensor opponitur. Iam vero quanta est nature diligētia: vt cun-cta semine multiplicato ꝓpagent. que oīa non modo ad tempus manendi: verum generatim quoqꝫ quasi in perpetuum permanendi veluti quasdam machinas esse quis nesciat? ¶ Ea e-tiā que inanimata esse credunt: nonne quod su um est queqꝫ simili ratione desiderant. Cur e-nim flammas quidē sursum leuitas vehit: ter ras vero deorsum pōdus deprimit: nisi ꝙ hec singulis loca motionesqꝫ conueniunt. Porro autē quod cuiqꝫ consentaneū est id vnū quod qꝫ conseruat: sicuti ea que sunt īimica corrum-

Liber tertius Prosa vndecima.

derant. i. appetunt queqꝫ. i. omnia inanimata quod est suū. i. sue nature cōsonū simili ratione propter conseruationē sui esse. q. d. sic. Cur enī leuitas vehit. i. mouet flammas sursum: et pondus. i. grauitas deprimit terras deorsū non propter aliā causā nisi ꝙ hec loca: ꝙ pro et motiones conueniunt singulis sup. pro saluatione eorū esse. et subdit. Porro supple. illud quod est consentaneū. i. conueniens cuiqꝫ: illud supple conseruat in esse vnūquodqꝫ sicut ea que sunt inimica. i. contraria corrumpunt

punt. Jam vero que dura sunt vt lapides adherent tenacissimis partibus suis: ꝛ ne facile dissoluantur resistunt. Que vero liquentia: vt aer atqꝫ aqua facile quidem diuidentibus cedūt: sed cito in ea rursus a quibus sunt abscissa relabuntur. Ignis vero omnem refugit sectionem ¶ Neqꝫ nunc nos de voluntarijs anime cognoscentis motibus: sed de naturali intētione tractamus. Sicuti est ꝙ acceptas escas sine cogitatione transigimus: ꝙ in somno spiritum ducim⁹ nescientes. Nam ne in animalibus quidē manendi amor ex anime voluntatibus: verum ex nature principijs venit. Nam sepe mortē cogentibus causis quaꝫ natura reformidat: volūtas amplectitur. Cōtraqꝫ illud quo solo mortaliū rerum durat diuturnitas gignendi opus quod natura semper appetit interduꝫ coercet volūtas: ideo hec sui charitas nō ex aīali motiōe sed ex naturali intētone ꝓcedit. Dedit enī

Secundo ꝓbat ideꝫ per aliud signū sumptū ex conseruatione naturalis proprietatis. huiusmodi ē cōtinuitas quā quelibet res naturalis nititur conseruare. vnde dicit iā sup. ista vero que dura sunt vt lapides adherent tenacissimis. i. firmissimis suis partibus: et resistunt per suā duriciē ne de facili dissoluant̄. que vero sunt liquentia. i. mollia: sicut aer et aqua de facili cedunt diuidentibus: sed cito relabunt̄. i. redeūt ad ea a quibus sunt abscissa: sed ignis effugit omnē sectionē. ¶ Notandū ꝙ hoc vltimū quod dicit ignē fugere omnē sectionē dupliciť exponitur. Primo sic. Aliqd secatur cū partes eius ab inuicē separantur ita vt in nullo cōueniant: sed partes ignis sic non possunt secari qn semper in aliquo conueniant: vt maxime patꝫ de igne qui est flamma. Alio modo exponit̄ sic: ꝙ ignis refugit oēm sectionē: qr ꝓpter vehemētiā sue actionis corrūpit ipꝫ quod debet secare: et igniendo ipsū in suā naturā cōuertit. ¶ Neqꝫ nunc nos. Hic phīa ponit ꝙ desideriū essendi nō est appetit⁹ voluntarius sed naturalis et di. Neqꝫ nos tractamus nunc de motibus voluntarijs anime cognoscentis: sed naturali intētiōe sicuti naturale est ꝙ transigimus i. digerimus acceptas escas sine

Ignis

cogitatione: et ꝙ in somno nesciētes ducimus spm̄. i. respiramus. Nā amor. i. appetitus manēdi. i. subsistendi in animalibus nō ꝓuenit ex voluntatibus anime scꝫ supple sicut tu estimas quia iā superius posuisti solū in animalibus esse appetitū manēdi: sed venit ex principijs nature: quia natura reperitur tā in animatis: ꝙ in inanimatis. ꝙ aūt appetitus manēdi nō fit ex voluntate ꝓbat dupliciter. Primo probat hoc: qr voluntas sepe amplectit̄ mortē que tollit esse indiuidui. vnde dicit. voluntas sepe āplectit̄ mortē quā natura reformidat. i. abhorret cogētibus causis scꝫ extrinsecis: sicut patꝫ de martyribus. Secundo ꝓbat idē ex hoc ꝙ voluntas qnqꝫ cohibet operationē cōseruatiuā esse specifici dicēs. Cōtraqꝫ. i. per cōtrariū illud op⁹ gignēdi quo solo durat diuturnitas. i. permanentia rerū mortaliū quod natura appetit interdū coercet voluntas: sicut patꝫ ī cōuenientibus: ideo hec charitas. i. appetitus sui supple ꝑmanēdi nō ꝓcedit ex aīali motione sed ex naturali ītentione quā de⁹ indidit nature. Dedit enī ꝓuidentia diuina rebus creatis a se hanc maximā causā manēdi vt desiderent permanere natu-

raliter quoad idest ꝙdiu possunt. Quare nihil est quod ullo modo queas. i. possis dubitare cũcta que sunt naturaliter appetere constantiaꝫ permanendi et deuitare ꝑniciẽ. Quod Boe. concedens dicit. Confiteor inquã nnnc me cernere indubitato id est sine dubitatione: que dudum incerta videbantur supple ꝙ vegetabilia et inanimata naturaliter appetunt permanẽtiã essendi. ¶ Notandũ ꝙ duplex est appetitus scilicet naturalis et aĩalis. Naturalis est qui

Appetitus duplex

ꝯsequitur formã naturalẽ. ⁊ quia prima perfectio illius quod habꝫ formã naturalẽ est esse: iõ appetitus cuiuslibet rei naturalis est ad suũ esse habendũ si careat: vel ad conseruandũ si habeat. Appetit⁹ autẽ animalis est qui consequit̃ formã apprehẽsã: et si est apprehensa per sensus sic est appetitus sensitiuus qui semper tendit in cõtinentia nature. si autẽ est forma apprehensa per intellectũ: tunc semper inclinatio continens ẽ appetitus rationalis qui est voluntas. et quia illud quod secundum se est disconueniens nature sicut est mors: illud homo apprehendit quandoqꝫ tanquã conueniens ꝓpter aliud annexũ scilicet propter premiũ eterne vite. ideo volũtas sepe amplectitur mortẽ quã natura refutat. Ex quo patet ꝙ appetitus essendi non est primo et principaliter ex appetitu intellectiuo sed ex appetitu naturali. nã appetitus intellectiuus non inuenitur in omnibus in quibus inuenitur appetit⁹ naturalis. ¶ Quod autẽ subsistere inquit. Hic phĩa resũpta maiore concludit intentũ dicens. Quod autẽ appetit subsistere ac permanere illud desiderat esse vnũ. hoc enĩ sublato non permanebit cuiqꝫ rei suũ esse. di. Bo. verũ est. Concludit ergo phĩa Omĩa igitur esse desiderãt. ⁊ B. consentiens di. consensi. et tunc maiorẽ principalis sillogismi resumit: vt concludat diffinitionem boni dicens. Sed nos monstrauimus vnũ esse ipsũ quod bonũ ẽ. di. Bo. Ita quidẽ. Tũc phĩa ꝯcludit intẽtũ formãdo diffinitiõeꝫ boni di. Igit̃ cũcta bonũ petũt quod bonũ licꝫ. i. licitũ ẽ vt ita describas. Bonũ ẽ quod desiderat̃ ab oĩb⁹. ⁊ di. Bo. nihil veri⁹ cogitari põt: q2 vel ad nihilũ cũcta referunt̃ ⁊ destituta vno vertice. i. pricipio cũcta fluitabũt sine rectore: aut si quid est ad quod vniuersa festinẽt: illud erit sũmũ oĩm bonoꝝ. ¶ Notãdũ ꝙ omne qd ẽ vel appetit ꝑfici vel i sua ꝑfectõe saluari. Cũ igit̃ ꝑfici ⁊ i ꝑfectõe saluari sit bonũ: oĩa appetũt bonũ. ¶ No. cũ dr̃ oĩa appetũt bonũ: ibi nõ accipit̃ bonũ ꝑcise ꝓ bono morali nec ꝑcise ꝓ bono naturali: sꝫ ꝓ bono ꝯmunit̃ accepto: quod bonũ ꝯmunit̃ acceptũ ẽ eẽ essẽtiale vel accidẽtale ꝯueniẽs rei vt ꝑficiat̃ vel i sua ꝑfectõe saluet̃. ¶ Et illa nimiũ iqt. Hic phĩa ex dict͡ reducit Bo. ad cognitionẽ cuiusdã quod sup̃ se igrare ꝯfessus ẽ. s. qs sit finis oĩꝫ reꝝ. ⁊ ꝑmo ꝯmẽdat dcm̃ Bo. di. O alũne nimiũ letor q2 tu fixisti. i. attigisti notã. i. cognitõeꝫ m mẽte medie veritat͡. i. ꝑfecte veritat͡ q̃ ẽ i medio: sꝫ h̃ patuit tibi quod dicebas te igrare pauloãte sup. i ꝑmo li. sexta ꝓsa. ⁊ qrit Bo. qd

Bonum

prouidẽtia creat͡ a se rebus hãc diuina maximã manẽdi causam: vt quo ad possunt naturaliter ꝑmanere desiderẽt. Quare nihil ẽ qd vllo mõ queas dubitare cũcta q̃ sunt appetere naturaliter ꝯstãtiaꝫ permanẽdi: deuitare ꝑniciẽ. Boe. Cõfiteor inquã nũc me ĩdubitato cernere: que dudum incerta videbant̃. Philo. ¶ Quod aũt iquit subsistere ac ꝑmanere appetit: id esse vnũ dsiderat. Hoc enĩ sblato: nec eẽ quidẽ cuiquã ꝑmanebit. Bo. Veꝝ ẽ inquã. Phi. Oĩa igit̃ iqt vnũ dsiderãt. Bo. Cõsensi. Phĩa. Sꝫ vnũ idipꝫ mõstrauim⁹ eẽ qd bonũ est. Bo. Ita quidẽ. Phi. Cuncta igitur bonũ petunt: qd quidem ita describas licet ipsum bonum esse quod desideretur ab omnibus. Boe. Nihil inquã verius excogitari potest. Nam vel ad nihilũ cũcta referuntur: ⁊ vno veluti vertice destituta sine rectore fluitabũt: aut si quid ẽ ad qd vniuersa festinẽt id erit oĩm summũ bonoꝝ. Phĩa. ¶ Et illa nimium inquit. O alũne letor: ipam enĩ medie ve

inq sup. est illud. di. phia. qs sit finis oim reru: et subdit. is eni est finis oim reru qd desideratur ab oibus: qd q bonu esse collegim⁹ vt pz ex diffinitione boni: oz vt fateamur bonu esse finem oim rerum. ¶ Notandu q per noticia medie veritatis intelligit noticia diuina. sicut enim punctum est medium circuli a quo omnes linee ducunt: sic de⁹ est mediu veritatis a quo ois veritas pcedit. ¶ Notandu q oia appetunt sui fine cum finis sit pfectio rei. et res destituta suo fine frustratur: cum igit de rone finis sit esse bonu q auferentes finem auferunt naturam. ex. ij. metaphi. ideo finis omnium rerum est bonum.

Finis

ritatis nota mete fixisti. Sz in hoc patuit tibi qd ignorare te pauloante dicebas. Bo. Quid inq. Phia. Quis esset inquit reru oim finis. Is e eni pfecto qd desideratur ab oib⁹: qd q bonu esse colligimus: oportet rerum oim finem bonum esse fateamur.



¶ Metru vndecimu tertij libri.

Quisquis pfuda mete vestigat verum.



Ssentior inq etc. Marcus varro li. viij. ad Ciceronem de lingua latina. Sentio inquit nemo dicit: et id p se nihil est. Assentior tn fere omnes dicunt. Sisenna vn⁹ assentio in senatu dicebat: et eum postea multi secuti sunt: no tn vincere psuetudinem potuerut. Hec geli⁹. Quati estimabis. Estio compositum est vt docet Valla ab es eris et time grece qd est pciu latine: et significat vt sic taxare et pciu eris aut alteri⁹ statuere. Oia aut verba ad pciu spectantia regut ablatiuu pter qttuor gtos tanti quanti pluris et minoris cu eoz copositis: et hoc qn tam simplicia q coposita sine substantiuis ponunt. Na cu substantiuo etia in ablatiuo poni volunt. Non g expones sicut comentari⁹ supior. Quati estimabis. i. quati precij: sz quato precior. Veru occurrit illa rnsio auctoris dicentis ifiniti sup. estimare. Pro q oz dicere plura cu his vbis i gto pstrui. Aut corruptu ee textuz in quo scriptu erat infinito. Vident aut io qda infiniti velle legere. Q dicut interrogatiuum et responsiuu in eode casu poni debent. qd vniuersaliter veru no est: sz tunc tantu: qn dictio regens regit oia vocabula in eode casu: sz si in diuersis casib⁹ diuersa regat: oia q in eode cau ponenda erant vt copulata p piunctione copulatiua et interrogatiuu et responsiuu: ponent in diuersis casib⁹. Cuius rei exempla multa sunt. Primu vt littere incise sunt in es et in auro. No dices in ere: nec in auru vt docet val. Scdm tu accusaberis furti vel sacrilegij: et non vtroqz. no dices et non vtriusqz. Tertiu venda trib⁹ solidis et no pluris vel et no minoris. Quartu. liber est tu⁹ et petri. Non tui et petri. Sic interrogado cui⁹ est dom⁹: rndebis mea. Et quati emisti. rndebis trib⁹ aureis no triu aureoz. Quereti igit quati estimares: potuit dixisse ifinito: et nescio an ta dixerit. Sut tn q p auctoritate inter recetiores gramaticos hunc locu adducat ad pbadu non solu iam dictos qttuor genitiuos cu verbis ad preciu spectantib⁹ pstrui. Qd de his vbis: estimo: facio: pendo: et curo manifestu est. Nam dicim⁹: parui facio: parui pendo: parui curo. Sz hec videant gramatici. Si qde mihi etc. si quide due sunt dictiones. Na si vna esset dicerez no ptingat sz ptingeret. Arbores ituearis pmu sibi puenientib⁹ inasci locis. Sic virgi. i geor. Nec vo terre ferre oes oia pnt etc. Ignis oem refugit sectione. non dicit igne no secari: aut diuidi non posse: sz dicit q refugit. i. naturalr recuset secari: et manifestius q aqua aut aer. Nam illa possunt sic secari q ptes maneant imobiles: vt pz de aqua aut aere stante et plus in aqua q in aere q plus ad igne accedit: sz ignis diuisus contineri non potest quin reluctet et vnionez sui petat sursum tendendo.

Ascensius

Assentio

Estimo

Verba pcij

Ignis actiuitas

Metrum. xi. tertij libri.



Quisquis pfunda mente. Istud est. xi. metrum huius tertij quod dicitur gliconicum ab inuentore: iambicum a pede predominante. in quo metro philosophia ostendit quo possum⁹ cognoscere bonum et verum: et peruenire ad cognitionez rerum: ex quo Boetius prius confessus est se modo scire quod prius ignora-

Sanctus Thomas

bat. Primo ergo ostendit modum quo possum⁹ deuenire in cognitōem veritatis. Scđo assignat causam ei⁹: ibi. Non omne namq̧. dicit primo. Quisq̄s vestigat. i. inuestigare vult veruꝫ profundū mente. i. subtili ꝗꝫ ꝑ ⁊ ille nō cupit falli vllis deuijs. i. falsis opinionib⁹ que faciunt a vero deuiare: ille reuoluat in se. i. exercitet intra se lucē. i. speculatōem: intimi visus. i. rōnis ⁊ intellectus interioris: ⁊ ipse cogat. i. reducat longos motus. i. oꝑationes anime ꝓcedentes

Cupitq̧ nullis ille deuijs falli
In se reuoluat intimi lucem visus
Longosq̧ in orbem cogat inflectens motus
Animumq̧ doceat quicquid extra molitur
Suis retrusum possidere thesauris
Dudum quod atra texit erroris nubes
Lucebit ipso perspicac⁹ phebo.
¶ Non omne namq̧ mente depulit lumen
Obliuiosam corpus inuehens molem
Heret profecto semen introrsum veri
Quod excitatur ventilante doctrina:
Nam cur rogati sponte recta censetis
Ni mersus alto viueret fomes corde.
Quod si platonis musa personat verum
Quod quisq̧ discit immemor recordatur.

ab anima inflectens eos mot⁹ in orbē. i. in circulū redeūdo ad animam ⁊ q̄cq̄d animū doceat molit̄. i. laborat speculando: extra. i. circa res exteriores: ille doceat animum retrusum. i. ad se reuersum possidere suis thesauris. i. potentijs: qui sunt memoria ⁊ intellect⁹ ⁊ tunc illud qđ atra nubes. i. obscuritas ignorantie dudū texit. i. occultauit: illud lucebit. i. apparebit ꝑspicati⁹. i. euidentius ipso phebo. i. sole. q. d. qđ lōgo tēpore fuit obscurum: lucidū apparebit i̅tellectui. ¶ Notandū ꝙ q̄ vult cognoscere verū dirigat rōnem ⁊ intellectum ad ip̄am reꝫ extra ⁊ ad reruꝫ ꝓprietates. ⁊ si aliq̄d cognoscit ex his nō statim iudicet: sꝫ in se reuertat̄ deliberando an ita sit vel non sit: q̄ꝛ sepe videtur bonuꝫ eē quod non est: ⁊ non esse qđ est. sine enim deliberatione nō est iudicandum qđ non est longa deliberatione probatū. ideo dicit phylosophia. reuoluat in se lucem intimi visus. ¶ Notandū ꝙ orbis ē linea circūducta rediens ad ideꝫ. inflectere ergo ad longos motus in orbem est cuꝫ virtus anime ab aīa vsq̧ ad ip̄am rem diuertitur ⁊ ad animam reuertitur deliberando an ita sit vel non sit scđꝫ quod cognouit. ¶ Non omne nāq̧ mente depulit lumen ⁊c. Hic phia assignat causam eius qđ dictum est: scꝫ quare possumus cognoscere verum di. Nam corpus inuehens: idest inducens obliuiosam molē: idest grauitatem qua homo fit obliuiosus non depulit oīe lumen idest cognitionē veritatis: mente. i. de mente: quia habitus principioꝝ manet in mente. ⁊ subdit ꝓfecto. i. pro certo semē. i. principium veri: idest veritatis: heret. i. manet introrsum: idest intrinsecus in anima quod excitatur: ventilante. i. exercente doctrina. ꝙ autem semen veri sit in anima ꝓbatur per hoc ꝙ puer ignarus quando recte respondet ad interrogata: vt vtrum qualitas sit numerus par vel impar vnde dicit. nā cur rogati. i. interrogati censetis. i. iudicatis vel respondetis recta sponte: idest voluntarie. ni. i. nisi fomes. i. radix veritatis: mersus. i. latens: viueret alto corde. i. ꝓfunda mēte. ⁊ subdit ꝙ si musa. i. sapientia Platonis personat verum: illud quod quisq̧ discit recordatur immemor: idest oblitus. ¶ Notandum ꝙ platoni imponitur ꝙ voluerit animas omnia sciuisse anteq̄̄ coniungerentur corporibus: sed adiuncte corporibus omnia tradidisse obliuioni: sed per studium et exercitium sapientiam recuperasse: ergo voluit ꝙ scire non est aliud nisi quoddam antiquorum reminisci. ad quam intentionem videtur hic loqui philosophia: sed non est dicendū ꝙ scire fiat per reminiscentiā: sed scientia de nouo acquiritur per intentōem vel doctrinam. verum est ꝙ intellectus noster naturaliter habet se in cognitionem principiorum: per que virtute intellectus agentis ⁊ per doctrinam deueniti in cognitionem principia

toꝝ. vnde Linconensis primo posteriorū dī. Non solum vox doctoris exterius sonans: nec littera visa docet: sed hec duo mouent et excitant docentez. sed ille verus doctor est qui mentem interius illuminat ⁊ veritatem ostendit. ¶ Notandum ꝙ sicut sanitas quādoq; causatur a principio intrinseco scȝ a corde: quandoq; a principio interiori ⁊ exteriori puta a medico et corde: sed nunq̄ causatur a principio exteriori sine interiori. sic scientia qn̄q; acquiritur a principio interiori puta ab intellectu agente sicut patet in habentibus scientiam per intentionez: quandoq; accipitur ab interiori ⁊ exteriori simul sicut a doctore ⁊ intellectu agēte: nunq̄ autem acquiritur a principio exteriori siue interiori. — Scientia

¶ Prosa duodecima libri tertij.

Boe. Tum ego platoni inq̄ vehemēter assentior. nam me hoꝝ iā secūdo cōmemoras. Primū ꝙ memoriā corꝑea ꝯtagione: dehīc cū meroris mole pressus amisi. Phia. Tuz illa. si priora inquit concessa respicias: ne illud quidē longius abierit quin recorderis qd̄ te dudū nescire confessus es. Boe. Quid inq̄? Phia. Quibus ait illa gubernaculis mūdus regat. Boe. Memini inq̄ me inscitiam meam fuisse confessum. Sed quid asseras licet iam prospiciā: plenius tamen ex te audire desidero. Phia.

Quisquis profunda ꝛc. Carmen monocolon ē: et potius archilochium iābicū trimetrū acatalecticū ꝙ glyconicū censendū. habz tñ varios pedes vt patet metienti. Qd̄ si platonis musa. i. diuina inuētio et bene dicendi copia. personat verū. Nō dicit verū eē quod platonē dixisse etiā aristoteles asserit: ꝙ nostrū videlicet addiscere nō eēt nisi quoddā reminisci: sȝ si verū inquit ꝑsonat musa. q. poeticuȝ inuat: et aliud intelligendum ꝑ hoc: vel licentiose dictū. Et ita phia nō accedit opiniōi: nisi q̄tū ad hoc ꝙ aīa rōnalis habeat in se quedā principia sciendi ꝑ que ad scientiā in actu: tanq̄ a prius notis in principijs ad nota iā actu veniat. Nihil hic obscuꝝ est. — Ascensius

Tum ego platoni inq̄. Ista est duodecima prosa et vltima huius tertij in qua philosophia reducit Boe. in cognitionē alterius cuius ignorantiam prius cōfessus est scȝ quibus gubernaculis mundus regatur. primo facit hoc. secundo Boe. mouet quandam questionem philosophie. secunda ibi. Ludis ne me. primo ostendit philosophia ꝙ deus omnia gubernat sua bonitate. secūdo ostendit modum quo omnia gubernat: ibi. Sed quod dicam. tertio ex his concludit maluȝ nihil esse: ibi. Sȝ vis ne. ꝑmo Bo. assentit dictis Platonis ī metro ⁊ ostēdit philosophia ipsum posse deduci in cognitionez cuiusdā cuius ignorantiaȝ confessus est. secundo philosophia reducit ipsum in cognitionem illius. secunda ibi. Mundum huc. Primo dicit. Tum pro tunc. ego Boe. inq̄ vehementer assentior. i. cōsentio Platoni. nā me o philosophia hoꝝ scilicet ꝙ deus sit finis omnium rerum et summuȝ secundo commemoras id est recordari facis. primum quod amisi memoriaȝ id est quod erat in memoria corporea cōtagione id est corporis grauedine. dehinc id est secūdo commemoro bonum cum amisi memoriam pressus mole id est pondere meroris. tunc philosophia ostēdit ꝙ non tantum hoꝝ recordabitur propter dicta: sed cuiusdam alterius quod ignorare se dicebat: dicens. si illa priora concessa respicias non abierit longius scilicȝ a memoria tua quin facile recorderis quod dudum confessus es te nescire id est ignorare in primo libro. ⁊ querit Boe. quid inq̄. di. philosophia. Quibus gubernaculis regatur mundus. ⁊ dicit Boe. memini inq̄ me fuisse confessum inscitiam id ē ignorantiam meam. et licet iam prospiciam id est cognoscaȝ: tamen desidero prius audire ex te quid asseras. i. quid de hoc dicas. ¶ No. ꝙ Bo. di. secūdo ꝯmemoratū predictoꝝ ꝙ deus sit finis reꝝ ⁊ ꝙ sit sūmū bonū. primo postq̄ mole corporis oppressus est amisit memoriā eoꝝ: ⁊ postea per studiū recordatus est. secundo quia merore et tristicia affectus in ignorātiā eoꝝ — S. thomas

lapsus est. sed postea per instructionem philosophie ad memoriam reduxit. ¶ Mundum hūc inq̄t deo regi. Hic philosophia vult ostendere intentum. et primo ammonet Boe. de quodā prius concesso. ꝛ Boe. illud fatetur et ratione confirmat. secundo philosophia ostendit qui bus gubernaculis regatur mundus: ibi. Tum illa inquit. primo dicit. o Boet. tu pauloan te in primo libro putabas minime dubitandum hunc mundum regi a deo. di. Bo. Minime arbitror dubitanduz: nec vnq̄ pu tabo. ꝛ ego breuiter exponam q̇ bus rationibus accedā ad hoc ꝓ bandū. ꝛ innuit Boe. rationes suas di. Hic mundus minime cō uenisset in vnā formā ex tā diuer sis ꝛ contrarijs partibus: nisi essꝫ vnus qui tā diuersa coniungeret supple qui est deus: ꝛ ipsa diuersi tas naturā huius mūdi discors in uicē dissociaret atq; diuelleret cō iuncta: nisi esset q̇ cōtineret. i. con seruaret: quod nexuit id est cōiun xit quod sup. est deus. Ordo vero nature tā certus non procederet nec explicaret tā dispositos mot⁹ id est ordinatos motus locis tem poribus efficiētia spacijs. qualita tibus nisi essꝫ vnus qui ipse ma nens scilꝫ imobiliter disponeret has varietatū mutationes. quic quid autez hoc est quo condita id est creata manēt agitantur. i. mo uētur: illud vsitato cunctis voca bulo nomino deū. ¶ No. q̄ Boe. innuit tres rationes q̄ mundus regat̄ a deo. Prima sumitur ex di uersarū rerū coniunctione que ta lis est. Diuersa ꝛ ecōtrario nō vni untur inuicē per se. cū igitur mun dus vnitus sit ex partib⁹ contra rijs vt ex elementis: oportet vt a liquis sit vniens eas: hoc autē est deus: ergo mūdus regitur a deo. Hanc rationē tangit ibi. Mūd⁹ hic. Secunda ratio sumitur ex cō trariorū simul ꝯiūctorū ꝯseruatione que talis est. diuersa ꝛ cōtraria ex ꝓprietate sue nature dissociant̄ ab īuicē nisi ab aliq̄ ꝯseruent̄: sꝫ ptes mūdi sūt diuerse ꝛ ꝯtrarie: ergo ꝛc. hāc rōem tāgit ibi. Cōiuncta vero. Tertia rō sumit̄ ex ordīata motuū dispositiōe q̄ talis ē. nihil cercitu dinaliter et regulariter mouetur ꝑm dispositionem loci temporis efficientie spacij ꝛ qualita tis: nisi sit vnum rectificans ꝛ regulans: sed motus eoꝝ q̄ sunt in mūdo fiunt regulariter ꝑm predicta quinq;: ergo necesse est ponere rectificantem ꝛ regulantem quod est deus: ergo mun dus regitur a deo. Hāc rationē tangit ibi. Non tam vero certus. ¶ Notandū q̄ regulares mo tus fiunt in mundo loc̄ q̄tum ad ꝓximationem ꝛ elongationem solis in obliquo circulo. fi unt etiam temporibus q̄tum ad variationem diei ac noctis. fiunt efficientia quia luna efficit augmentationem ꝛ diminutionem humidoꝝ ꝑm sui crescentiam ꝛ decrescentiaz: ꝛ efficit flu xum ꝛ refluxū maris. fiunt etiam ordinati mot⁹ spacijs: q̄ luna ꝛ alij planete maiori ꝛ minori spacio q̄nq; distāt a sole ꝛ ab inuicē. etiā fiūt qualitatibus q̄ in estate causat̄ calor: in hyeme frigus. ¶ Tū illa. cū hec inq̄t ita. Hic phia supposito q̄ mundus regatur a deo ꝓbat q̄ rega

¶ Mūdū hūc inquit deo regi pauloante mini me dubitandū putabas. Boe. Nec nunc quidē arbitror inq̄ nec vnq̄ dubitandū putabā. Qui busq; ad hoc rationibus accedā breuiter expo nā. Mundus ex tam diuersis contrarijsq; par tibus in vnā formā minime cōuenisset: nisi vn⁹ esset qui tam diuersa coniungeret. coniūcta ve ro naturaruz ipsa diuersitas inuicem discors dissociaret atq; diuelleret: nisi esset vnus qui quod nexuit contineret. Non tam vero certus nature ordo procederet: nec tā dispositos mo tus locis tēporibus efficientia spacijs quali tatibus explicaret: nisi vnus esset qui has mu tationū varietates manens ipse disponeret. Hoc quicquid est quo condita manēt atq; agi tantur: vsitato cunctis vocabulo deū nomino. Phi. ¶ Tū illa. Cū hec inquit ita sentias paruā mihi restare operaz puto: vt felicitatis cōpos patriaz sospes reuisas: sed que proposuimus

tur ab ipso per suā bonitatem. ⁊ di. O Boeti. cū hec ita sentias ꝙ mundꝰ regit̃ a deo: puto mihi restare paruā operā. i. paruū laborē vt tu cōpos. i. potēs felicitatis: sospes. i. sanꝰ reuisas patriā. i. cognoscas btitudinē. Tūc ꝓbat ꝙ ds regat mundū sua bōitate dicēs. Intueamur q̄ ꝓposuimꝰ. nōne numerauimꝰ supra in nona ꝓsa in btitudine esse sufficientiā ⁊ ꝯcessimꝰ deū eē ipaꝫ btitudinē. di. Boe. Ita est q̄dē. Ex hoc ꝯcludit phia deū nullo idigere ad regēdū mundū. di. g̃

intueamur. Nonne in beatitudine sufficientiaꝫ numerauimus: deumqꝫ beatitudinem ipsam esse ꝯcessimus? Boe. Ita est quidem. Phi. Et ad mundū igitur inquit regendum nullis extrinsecis adminiculis idigebit. alioquin si aliquo egeat: plenam sufficientiā non habebit. Boet. Id inq̄ ita est necessarium. Phi. Per se igitur solum cuncta disponit. Boe. Negari inq̄ neq̄t. Philo. Atqui deus ipm bonū eē monstratꝰ est. Boe. Memini inq̄. Phi. Per bonū igitur cūcta disponit. Si quidē per se regit omnia que bonum esse consensimus: ⁊ hic est veluti quidā clauus atqꝫ gubernaculum quo mundana machina stabilis atqꝫ incorrupta seruatur. Boe. Vehemēter assentior inq̄: ⁊ id te pauloante dicturam tenui licet suspitione ꝑspexi. Phi. Credo inquit: iā enī vt arbitror vigilantius ad cernenda vera oculos deducis. ¶ Sed quod dicā non minus ad contuendum patet. Boe. Quid inq̄. Philo. Cum deus inquit omnia bonitatꝭ clauo gubernare iure credatur eademqꝫ omnia sicuti docui ad bonū naturali intētōe festinēt:

ad mūdū regēduꝫ deꝰ nullis extrinsecis adminiculis indigebit: alioquin si ita esset ꝙ aliq̄ egeat non hēbit plenā sufficiētiā. ⁊ di. Boe. Illud inq̄ est necessariuꝫ. iō concludit phia. Deꝰ cuncta disponit. i. regit ꝑ se solū. di. Bo. Negari nequit: sꝫ deꝰ mōstratꝰ est esse ipsum bonū. memini inq̄. d. Boe. g̃ per bonum deꝰ cuncta disponit: si quidem ꝑ se regit oīa q̄ ꝯsensimꝰ esse bonū. ⁊ hic est deꝰ veluti q̄dā clauus atqꝫ gubernaculū q̄ machina mūdana seruat̃ stabilis ⁊ incorrupta. Dicit Boe. vehemēter. i. valde assentior: ⁊ illud te dicturā pauloante ꝑspexi: sꝫ tenui suspitione. Dicit phia. Credo inq̄t ꝙ hec ꝑuidisti: iā enī vt arbitror vigilantiꝰ q̄ priꝰ deducis oclos ad v̄a cernēda. ¶ Notandū ꝙ ex lr̃a accipiunt̃ due rōnes ad ꝓbandū intentum. Pria rō ꝓbat ꝙ deꝰ ꝑ se regit oīa ⁊ taliter. In btitudine est summa sufficientia: sꝫ deꝰ est btitudo: g̃ in deo est summa sufficiētia. tale autē nō indigꝫ extrinsecis gubernaculis: g̃ deꝰ ꝑ se regit oīa. Scd̄a rō ꝓbat ꝙ deꝰ ꝑ suā bonitatē q̄ non distinguit̃ a deo regit omia sicut deꝰ ꝑ se regit oīa vt visum est: sed deus est ipsum bonum: g̃ ꝑ bonuꝫ regit omia vt pꝫ de se q: sua bonitate ⁊ clementia. ¶ Sed qd̄ dicaꝫ. Hic ponit ꝑ quē moduꝫ deus oīa gubernat. Et primo ōndit ꝙ omnia gubernat suauiter: q: oīa sibi obediunt. Secundo ꝙ gubernat oīa fortit̃: q: ipi nihil resistere potest. Secunda ibi. Quid si conet̃. Primo di. Illud qd̄ dicam nō minus patet ad contuendum: idest ad considerandum. ⁊ dicit Boe. Deus

Quid inq̄. Et di. philosophia. Cum deus iure credatur omnia gubernare clauo bonitatis sue et omnia festinent naturali intentione ad bonum sicuti docui prius in prosa vndecima. Numquid potest dubitari quin voluntarie regantur sponte: ⁊ conuertant se ad nutum disponentis veluti cōuenientia. i. obedientia: ⁊ contēperata idest coaptata suo rectori. di. Boe. Ita inq̄ necesse est: quia non videretur beatum esse regimen dei si foret iugū detractantium i. recusantium: sicut bos lascivus recusat iugum: ⁊ si no esset salus obtemperantium. i. obedien

Guberno

tium:ꝗ̃ di.pħia.Nihil est qđ naturā seruans conet̃.i.laboret ɔtraire deo.di.Boe. Nihil inꝙ̃.
¶ No.ꝙ cum gubernare nihil aliud sit nisi in finem ordinare:nec aliud est deuz per bonitatē
gubernare ꝙ̃ ꝑ bonitatē in finē dirigere.⁊ cū oīa naturalr̃ tendant ad bonū tanꝙ̃ in finē ma-
nifestum est ꝙ oīa sponte in finem dirigunt̃:⁊ ita naturaliter oīa sponte obediunt gubernāti

Voluntariū

⁊ ꝑ ɔsequens deꝰ regit oīa suauiter.¶ Notandū ꝙ voluntariū ſm ꝑfectā sui rōnem tm̄ inueni-
tur in habentibꝰ voluntatē ſ3 ex-
tendendo voluntariū ad oēm ap-
petitum nō coactum:sic pōt repe
riri in oībus ⁊ sic accipit̃ h.¶ No.
ꝙ nihil seruās naturaz repugnat
deo.l3 em̄ peccator videat̃ deo re-
pugnare ipse non seruat naturaz
q2 peccatum diminuit ⁊ deprauat
naturā.etiā Boe.loq̃tur hic ꝺ ap
petitu nature:vt p3 ex ſupioribus
¶ Quid si conet̃ ⁊c. Hic ostendit
pħia ꝙ deꝰ regit oīa fortiter:q2 ni
hil est qđ possit ei resistere.Scđo
ɔfirmat hoc ꝑ quandā fabulā:ibi.
Accepisti. Primo dicit. Si quid
conet̃ resistere deo numq̃d aliq̃d
ꝑficit aduersus eū quē ɔcessimꝰ
eē potētissimū iure btītudinis.i.
ex eo ꝙ est btītudo.d.Bo.Pror-
sus nihil valeret sup.resistere. igi
tur dicit pħia . nō ē aliq̃d qđ huic
sūmo bono vel velit vel possit ob
sistere. di.Boe.nō arbitror.iō di
cit pħia summū bonū est qđ regit
cūcta fortiter suauiterq3 disponit
di.Bo.ꝙ̃.i.ꝙ̃tū me ea sūma rati
onum q̄ mō ɔclusa est nō mō.i.nō
tm̄modo me delectat veru3 ꝑ sed
hec ipsa ṽba q̄bꝰ vteris multoma
gis delectant me:ita vt stulticiam
i.me stultu3 lacerantē.i.male rep̄
hendentē magna q̄ tangunt diui
nam gubernatōe3 pudeat sui.tūc
ɔfirmat ꝑ fabulā ꝙ nihil pōt resi

Gigantes

stere deo q̄ talis est. Gigātes vo
lentes expellere deos de celo po-
suerunt mōtē sup mōtē vt ascēde-
rent:qđ vidēs iupiter ipsos fulmi
ne deiecit ⁊ montibꝰ depressit:⁊ h̄
in ṗmo metamor. vñ di.o Boe-
ti Accepisti.i.didicisti in fabulis:
gigātes lacessentes.i.lacerare vo
lentes celum:sed fortitudo benigna scilicet dei illos disposuit: idest deposuit vti condignum
fuit.¶ Nota philosophia hic alludit verbis sacre scripture que dicit. Attingit ergo a fine vsq3
ad finem fortiter:⁊ disponit omnia suauiter:ideo dicit Boetius se non tantū delectari in istis
rationibus quantum in suis verbis.¶ Sed vis ne rationes ipsas inuicem. Hic philosophia
concludit ex dictis ꝙ malum nihil sit. Primo petit assensum Boetij dicens.visne ipsas ra-
tiones:idest propositiones ratione probatas inuicem collidamus idest componamus:forsi-
tan ex conflictatione huiusmodi dissiliat; idest procedat quedam pulchra scintilla veritatis.

Num dubitari potest quin voluntarie regant̃:
seq3 ad disponētis nutum veluti ɔueniētia cō-
temperataq3 rectori sponte conuertant̃. Boe.
Ita inꝙ̃ necesse est: nec beatū regimē esse vide
retur:siquidem detractantium iugu3 foret nō
obtemperantiu3 salus. Philo. Nihil est igitur
quod naturam seruans deo contraire conetur
Boe. Nihil inꝙ̃. Phi. ¶ Quid si conetur. ait:
num tandem ꝑficiet quicꝙ̃ aduersus eum quē
iure potentissimum beatitudinis esse concessi
mus. Boet. Prorsus inꝙ̃ nihil valeret. P. Nō
est igitur aliquid quod summo huic bono vel
velit vel possit obsistere. Bo. Non inꝙ̃ arbitror
Phi. Est igitur summū bonū inq̇t qđ regit cū-
cta fortiter suauiterq3 disponit. Boe. Tū ego.
ꝙ̃ me nō mō ea que cōclusa est summa rationū
verū multomagis hec ipsa quibus vteris ver
ba delectant: vt tandem aliquando stulticiam
magna lacerantē sui pudeat. Phi. Accepisti i
quit in fabulis lacessentes celum gigātes: sed
illos quoq3 vti cōdignum fuit benigna fortitu
do disposuit. ¶ Sed vis ne rationes ipsas in-

uicem collidamus: forsitā ex hmōi ꝯflictatiōe pulchra quedā veritatis scintilla dissiliat? B. Tuo inq̄ arbitratu. Phi. Deum inquit esse omnipotentē nemo dubitauerit. Boe. Qui quidē inq̄ mente consistat nullus prorsus ambigat. Phi. Qui vero est inquit omnipotēs nihil est quod ille nō possit. Boe. Nihil inq̄. Phi. Num igitur deus facere malum potest? Boe. Minime inq̄. Phi. Malū igitur inquit nihil est: cuz id facere ille nō possit qui nihil non potest. B. ¶ Ludis ne inq̄ me inextricabilez labyrinthū rationibus texens: quo ne quidē qua egrediaris introeas: nūc vero quo introieris egrediare: admirabilem quandam diuine simplicitat[is] orbem complicas. Etenī pauloante a beatitudine incipiens eam summum bonum esse dicebas: quam in summo deo sitam loquebare: ipsū quoq3 deuz summum esse bonuz: plenamq3 beatitudinem disserebas: ex quo neminem beatū fore nisi qui pariter deus esset quasi munuscu-

et dicit Boetius. fiat inq̄ tuo arbitratu id est tua voluntate. Tunc ponit ppositionē manifestam dicens. Nemo dubitauerit deum esse oīpotentem. Dicit Boetius. Nullus prorsus ambigat qui mente cōsistat id est qui sane mentis est. Tunc assumit aliam propositionez dicens. Qui vero est oīpotens nihil est quod ille non possit. dicit Boet. Nihil inq̄. Tunc ponit aliaz propositionē. Deus non potest facere malum. et dicit Boe Minime inq̄. igitur cōcludit philosophia. Malum nihil est cuz illud facere non possit ille qui nihil non potest facere: id est oīa facere. ¶ Nota sicut deus ē causa efficiens omniū: ita est finis omniū. vnde quicquid fit ab eo ordinatur ad ipsum tanq̄ ad finez. si ergo deus faceret maluz ordinaretur ad ipsum tanq̄ ad finem. et cum ipse sit bonum maluz ordinaretur ad bonum: ergo deus non potest facere malum tanq̄ aliquid per se intentum. est ergo cōclusio quam philosophia infert ꝙ maluz nihil est. Ratio conclusiōis est. deꝰ potest facere oīe quod est cū sit omnipotens: sed deꝰ non potest facere malum: ergo malum nihil est. Et si diceres. si malum nihil ē cū homo damnetur pro malo dānatur pro nihilo. dicendū ꝙ malum dicit defectum boni non negatiue sed priuatiue. et ideo malum ē defectꝰ boni quod deberet habere. in potestate enī hominis est illud habere: et si non habeat illud bonum cum deberet habere: ideo dānatur. et ponitur exēplum. Aliq̄s tenetur soluere centum libras: et si non soluat incarcerabitur. certum est ꝙ non soluere nō est aliquid: sed nihil. non tamē simpliciter dicitur aliq̄s incarcerari ꝑ nihilo. sz ideo q: nihil erat quod debuit aliquid esse. ¶ Ludis ne inq̄. Hic Boetius mouet questionez philosophie. Scdo philosophia soluit ibi. Tum illa. Primo Boetius admirans de connexione et conuolutione rationū quibus philosophia vsa est. Querit vtrum ista connexio rationum fit ex deuolutione philosophie vel proueniat ex natura rei. et breuiter illas rōnes recolligit et dicit O philosophia ludis. i. deludis ne me texens. i. formans labyrinthum. i. laborem difficilē rationibus faciendo rōnes circulares. quo scilicet labyrintho egrediaris ea parte qua introieras: et egrediare eo loco quo introieris: tu cōplicas quidem orbem admirabilē diuine simplicitatis. i. facis mirabilem circulationem rationis in diuina simplicitate. et tūc breuiter recolligit rationes dicēs. Tu pauloante incipiēs a beatitudine dicebas eā esse summū bonū. quam beatitudinē tu loq̄bare esse sitam in summo deo: et disserebas deū esse summū bonū et plenā beatitudinē: ex quo dabas. i. inferebas: quasi munusculū. i. correlariū: neminē esse beatū nisi esset deus. rursū tu loq̄baris formā boni eē substātiā dei et beatitudis: et dicebas ipsum vnuz

Maluz nihil eē autē

esse idipsum qđ bonū: ⁊ illud bonū dicebas esse qđ peteret a natura oīm rerū. ⁊ tu disputabas .i. disputando ꝓbabas deū regere vniuersitatē gubernaculis bonitatis: ⁊ cūcta volentia parere .i. obedire deo: nec vllā esse naturā mali: ⁊ hec oīa explicabas nullis rōnibus sumptis extrinsecus .i. non accipiendo ꝑncipia extrinseca: sȝ insitis .i. intrinsecis: ⁊ domesticis .i. ꝓpriis ⁊ cōuenientibꝰ ꝓbationibꝰ rei de q̄ agebat altero assumpto trahēte fidē .i. certitudinem ex altero.

Labyritbꝰ

¶ Nota labyrintbꝰ dicebat domꝰ dedali: quā cū aliq̄s intēdebatītrare exiuit ⁊ exeundo intrauit. ⁊ consueuit depingi circularibꝰ protractionibus: ⁊ transumit h̄ ad designandum circulares ⁊ reuolutiones rationū. ¶ No. ꝙ circūlocutio ⁊ connexio rōnūȝ q̄bꝰ pħia vsa est non est sic circularis ꝙ vna ⁊ eadem ꝓpositio sit ꝑncipiū ⁊ cōclusio respectu eiusdē: q: sic nō ꝯtingit demōstrare circulo vt pȝ .i. posteriorum. sȝ dr̄ ꝯnexio circularis q: rōnes ex se inuicē dependent: ita ꝙ ꝓpō ꝯclusa in vna sit ꝑncipium alterꝰ ꝯclusionis ī alia: nec ꝓpter istas diuersas ꝯclusiones est aliq̄ diuersitas in deo: sȝ omīa sūt idē simpl'r. ¶ Tū illa mīme inquit. Hic pħia rn̄det Boe. ad q̄stionē ⁊ dicit. minime ludimꝰ: sȝ nos exegimꝰ .i. ꝑfecimꝰ munere dei quem dudū depc̄abamur rē maximā oīȝ rerū. ea em̄ .i. talis forma .i. dispositio diuine substantie: vt neq̄ in externa .i. in exteriora dilabat .i. cadat nec ipsa suscipiat aliq̄d externū .i. extrinsecū in se. qđ ꝓbat auctoritate Permenidis quaȝ ꝑmo ponit ī greco. deinde sensum eius subiūgit in latino dicēs. Sȝ sicuti Permenides ait de ea .s. subā diuina ꝙ diuina substātia rerū orbē mobilē rotat .i. mutat res circulatione gn̄ationis ⁊ corruptionis ⁊ mutādo res ip̄a non mutatur sȝ se īmobilē ꝯseruat. O Boeti si nos agitamus .i. cognouimus rationes non extra: idest non ab extrīseco petitas: idest sūptas: sed collocatas intra rei āmbitum: quā .s. rē tractabamꝰ: nihil est qđ de h̄ ammirere. cum .i. ex quo tu didiceris Platone sanciēte .i. ꝯfirmāte sermones oportere eē cognatos .i. ꝓprios ꝯueniētes rebꝰ q̄bꝰ sup. rebꝰ loquūt. ¶ No. ꝙ sermōes accipiēdi sunt ſm materiā subiectā: q: certitudo nō est simpl'r q̄renda rōnibꝰ: ex .i. ethi. vbi dr̄ ꝙ disciplinati est tm̄ inq̄rere certitudinē ſm vnūq̄dq̄ genꝰ quantū natura rei patit. Cū igitur deꝰ sic regat oīa ꝑter hoc ꝙ cōmisceatur cū eis: ex libro de causis. sermones de diuina substantia accipiendi sunt ſm intranea diuine substantie ⁊ nō ſȝ extranea cū nō cōmisceat cum eis.

